BEITRÄGE ZUR GESCHICHTE DER PHILOSOPHIE UND THEOLOGIE DES MITTELALTERS

TEXTE UND UNTERSUCHUNGEN

BEGRÜNDET VON CLEMENS BAEUMKER

IN VERBINDUNG MIT
FRANZ KARDINAL EHRLE S. J.,
MATTHIAS BAUMGARTNER, LUDWIG BAUR,
BERNHARD GEYER, JOSEPH GEYSER UND
FRANZ PELSTER S. J.
HERAUSGEGEBEN VON
MARTIN GRABMANN

BAND XXI. HEFT 4

DR. BERNHARD GEYER: PETER ABAELARDS PHILOSOPHISCHE SCHRIFTEN. II. DIE LOGICA ‚NOSTRORUM PETITIONI SOCIORUM'. DIE GLOSSEN ZU PORPHYRIUS.

MÜNSTER I. W. 1933
VERLAG DER ASCHENDORFFSCHEN VERLAGSBUCHHANDLUNG

PETER ABAELARDS PHILOSOPHISCHE SCHRIFTEN

II. DIE LOGICA ‚NOSTRORUM PETITIONI SOCIORUM'
DIE GLOSSEN ZU PORPHYRIUS

ZUM ERSTEN MALE HERAUSGEGEBEN
VON

DR. BERNHARD GEYER
PROFESSOR DER THEOLOGIE AN DER UNIVERSITÄT BONN

MIT EINER AUSWAHL AUS ANONYMEN GLOSSEN,
UNTERSUCHUNGEN UND EINEM SACHINDEX

MÜNSTER i. W. 1933
VERLAG DER ASCHENDORFFSCHEN VERLAGSBUCHHANDLUNG

DRUCK DER ASCHENDORFFSCHEN BUCHDRUCKEREI, MÜNSTER i. W.

Incipiunt glossulae magistri Petri Baelardi super Porphyrium

Nostrorum petitioni sociorum satisfacientes[1] scribendae logicae laborem suscepimus et quae de logica didicimus votis eorum exponimus.

A Porphyrio genus sumamus. Quinque igitur arbitror esse, quibus proprietates logicae diligenter aperiuntur, genus scilicet eius ac proprietatem sui, partes ipsius nec non ortum et originem eius. Sed quia de genere logicae tractandum est, prius ad maiorem ipsius logicae et generis eius, scilicet philosophiae, declarationem de scientia, quae utriusque genus est, divisio perutilis facienda est.

Scientia alia enim agendi, alia discernendi, hoc est alia in rerum compositione, alia in rerum compositarum discretione consistens. Multi enim sunt docti in agendo, non perspicaces in discernendo, quia multi vim medicaminum experti solo usu bene mederi sciunt, nec tamen physicam in causis naturaliter bene cognoscunt[2]. Sciunt enim, quae herbae quas infirmitates curare valeant, quia idem experimentis didicerunt. Quare autem herbae hoc efficere valeant, rationem non deliberant, sed herbarum potentias vel infirmitatum naturas ⟨sciunt⟩ practica quidem exercitati, non theorica illustrati. Sed et bestiae et cetera irrationabilia animalia multa bene agunt, sed naturas causasque ignorant. Ut canis lambendo vulneribus optime medetur. Apes quoque mira subtilitate operibus mella componere natura in-

Die vorliegende Edition beruht auf der Abschrift, die ich von der Hs in der Stadtbibliothek von Lunel selbst im Jahre 1911 angefertigt habe. Trotz wiederholter Bemühungen befreundeter französischer Fachgenossen, denen ich auch an dieser Stelle herzlichst danke, war es mir nicht möglich, Photographien der Hs zu erhalten.

1 p. baelardi *L* 3 scribendi *L* 11 generis *L* 23 causasque] earum quas *L*

[1] Cf. Abael., *Theol., Prologus* PL 178, 979 A: Scholarium nostrorum petitioni, prout possumus, satisfacientes.

[2] *Cf. Epitome (Sententiae mag. Hermanni)* c. XIX. PL 178, 1722 C: Multi autem sunt, qui possunt operari quod nesciunt, et ideo quod operantur, non habet elegantem effectum.

struxit, quod ingenium non potest humanum. Multi autem econverso discreti sunt, qui operandi gratiam non habent, et qui alios docent discrete, exercere ipsi non valent.

Est enim scientia alia agendi, alia discernendi. Sola autem discernendi scientia philosophia dicitur. Philosophiam autem non quamlibet scientiam dicimus nec quoslibet philosophos scientes vocamus, sed eos tantum, qui subtilitate intelligentiae praeeminentes in his quae sciunt, diligentem habent discretionem. Discretus vero est ille qui causas occultas rerum comprehendere ac deliberare valet[1]. Occultas quippe causas dicimus, f. 8v ex quibus quae res eveniant, magis ratione | quam experimentis sensuum investigandum est[2]. Qui soli aeque stultis et discretis hominibus nec non et bestiis sunt communes. Unde Boethius philosophiam bene Super Topica Ciceronis[3] in magnis et maximis rebus operam suam consumere dicit, in occultis causis ratione comprehendendis, de quibus illud Vergilii[4] existimat: Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

Sub philosophia tres species contineri dicimus: physicam, ethicam, logicam. Physicam naturarum dicimus scientiam, idest de speculandis causis in rerum naturis. Ethicam vero magistram honestatis vocamus. Logicam vero idem dicimus quod dialecticam et indifferenter utroque nomine in designatione utimur eiusdem scientiae.

Est autem logica Tulli auctoritate[5] diligens ratio disserendi, idest discretio argumentorum, per quae disseritur, idest disputatur. Non enim est logica scientia utendi argumentis sive componendi ea, sed discernendi et diiudicandi veraciter de eis, quare scilicet haec valeant, illa infirma sint[6]. Nemo enim aliter

---

2 discreti sunt qui op. gr. n. h. A_2 discretionem operandi non gratiam habent *L* 4 Est] *litera initialis deest sicut in sequentibus* 8 diligenter *L*

[1] Abael., *Theol. christ.* L. II. c. 1. PL 178, 1176 AB: ... philosophiae perceptionem, quae non nisi in discussione occultarum causarum consistit. *Monita ad Astrolabium,* 1760 C:

Philosophus causas rerum discernit opacas
Effectus operum practicus exsequitur.

[2] Cf. Abael., *Theol.* 1091 A: Quodsi de occultis rerum naturis ac de ipso quoque rerum caelestium statu, quas experimentis non possunt discutere . . .

[3] PL 64, 1044 C.

[4] Vergilius, *Georg.* II 490.

[5] Boeth., *In Top. Cic.* PL 64, 1045 A. *In Porph.* ed. sec. ed. S. Brandt, 139 [21].

[6] Cf. Abael., *Epist.* XIII. Invectiva in quendam ignarum dialectices. PL 178, 354 A.

logicam habet, nisi uniuscuiusque argumenti vim diiudicare valeat, cum scilicet is qui illud facit, vim ei exposuerat, quam vim componendo ipse intendit.

Duae itaque sunt argumentorum scientiae, una c o m p o n e n d i, quam dicimus r a t i o c i n a t i v a m, alia d i s c e r n e n d i composita, quam l o g i c a m appellamus. Illa quippe in usu argumentorum tantum consistit, quam quivis puer facile sibi per exercitium comparat, ista vero in discretione ac diiudicatione causarum, per quam scilicet assignare sufficimus, quare hoc argumentum sit idoneum ad conclusionem inferendam, idest ita adiunctum[1], ut per id conclusio sit recipienda, illud vero minime. Hanc autem magis ingenium quam exercitium ministrat[2].

Huius autem sunt duae species, una scientia i n v e n i e n d i argumenta, altera d i i u d i c a n d i eadem inventa; haec in primorum argumentorum discretione, illa in secundorum discussione consistit. Scientiam namque inveniendi dicimus, non quod per eam argumenta inveniantur, sed quia causae valetudinis eorum vel invaletudinis aliorum diiudicantur. Unde ratio diiudicandi d u a s habet s p e c i e s : c o n f i r m a t i o n e m argumentorum et r e p r e h e n s i o n e m. Nam sicut valida confirmamus, ita invalida et sophistica reprehendimus. Ita tamen scientia disserendi duas habet partes, quas logice appellamus scientiam inveniendi argumenta et iudicandi, idest primorum argumentorum compositionem. Istae in compositione, illae in compositarum discretione consistunt.

Ad huiusmodi discretiones philosophi laborantes conati sunt ad certas regulas | argumentationes reducere, ne quis indiscretus f. 9r in argumentationibus falsas pro veris recipiat. Sicut enim ex similitudine rerum decipimur, ita et in complexionibus contingit. Sicut enim quam plurimos videri pulchros contingit, cum tamen faciat adornatio, ita et versipelles sophistae[3] falsarum complexionum fallacias polientes sophisticis argumentationibus nobis alludunt, atque id quod [est] in natura rerum non invenitur, concedere compellunt, cum saepe contraria in conclu-

7 tantum] . m *prima litera deleta in L* quam vis *L* 8/9 *ac* divisione diiudicatur causarum *L* 18 19 valetudines *L* 23 discernendi *L* quas] quod *L* 24 primarum substantiarum *L* 34 atque] itaque *L*

[1] A b a e l., l. c. 354 C.

[2] A b a e l., *Dialect.* ed. V. C o u s i n 436: Quae quidem sola id in excellentia sua privilegium tenet, ut non eam exercitium, sed potius conferat ingenium.

[3] A b a e l., *De unit. et trin. div.* ed. S t ö l z l e p. 48^{1-2}.

sionibus colligi videantur, hoc modo: Socrates est corpus; corpus autem nigrum; Socrates igitur est niger. Rursus: Socrates est corpus; corpus autem est album; quare Socrates est albus.

In scribenda itaque logica hic ordo est necessarius: Cum logica sit discretio argumentorum, argumentationes vero ex propositionibus coniungantur, propositiones ex dictionibus, eum qui perfecte logicam scribit, primum naturas simplicium sermonum, deinde compositorum necesse est investigare, et tandem in argumentationibus finem logicae consummare. Sed [quoniam] argumentationes quaedam sunt locales, quaedam vero complexionales. <Complexionales> quidem sunt <quae> ex ipsa complexione, idest ex ipsorum terminorum dispositione, firmitudinem contrahunt. Locales vero sunt, quibus convenienter potest assignari locus, idest evidentia conferri ex aliquo eventu rerum vel proprietate sermonis.

Necesse est autem eum qui plenarie doctrinam argumentationis tradere intendit, duobus modis de simplicibus sermonibus tractare, tam videlicet secundum significationem rerum quam intellectuum. Duobus modis namque sermonis firmitas argumentationis consistere dicitur. Aliquando enim ipsa sermonis vis iuxta intelligentiam ipsius commendationem et evidentiam argumentationis efficere potest, nulla rerum natura cooperante. Verbi gratia: Homo est animal, ergo non est chimaera vel homo cornutus. Hic enim sola sermonis intelligentia necessaria est. Aliquando sola vis sermonis iuxta ipsarum rerum naturam atque eventum ad confirmationem sufficit, ita scilicet, ut nulla ad hoc sit intelligentiae necessaria assignatio, veluti si dicamus: Est corvus, ergo est niger. Non enim hoc nomen ‚corvus' ex vi propriae intelligentiae nigredinem in substantia denotat, cum teste Porphyrio[1] possit subintelligi corvus sine nigredine.

Hunc[2] igitur naturalem tractandi modum logicae Aristoteles insecutus est, scilicet ad doctrinam simplicium | f. 9v sermonum secundum significationem et rerum continentiam Praedicamenta perscripsit. In prima vero parte Peri ermenias earundem naturas secundum significationes intellectuum investigavit. In secunda autem parte naturas propositionum contrariarum et contradictoriarum ostendit, quarum notitiam omnium ad argumentorum discretionem est necessaria, quod in

1/2 huius modi so. est c. a. ni. so. igitur est ni. Rursus so. e. c. c. a. e. n. quare so. e. n. *L* *Correctum secundum* A_2 15 proprietatem *L*   23 Homo] Non *L*   38 quorum *L*

[1] Boeth., *In Porph.* ed. S. Brandt, 280[18].

[2] *Cf. supra* p. 3[15].

Topicis exsequitur. Nam sicut ex dictionibus argumenta trahuntur, ita ex propositionibus convenienter eliciuntur. In Prioribus vero Analyticis tractat conversiones propositionum, quae valeant ad confirmationem earum per conversionem. Omnia autem haec, Topica, Categorica, Analytica Priora, gratia Secundorum Analyticorum, in quibus omnium argumentorum naturas diligenter investigavit, scripta sunt.

Intentio autem Porphyrii est lectorem praecipue ad Praedicamenta Aristotelis instruere, ut facilius ea quae ibi non diligenter tractantur, queat intelligere. Quod facit tractando quinque, genus scilicet, species et differentias, proprium et accidens, quorum praecipue cognitionem ad praedicamenta utilem iudicavit. Quod autem diximus ‚quinque', ad haec nomina, genus scilicet, species, differentia, proprium et accidens, potest referri. Namque horum significationem diligenter aperit, ne cum ad praedicamenta ventum fuerit, quid in his nominibus intelligatur, ignoretur.

Tale autem nomina tractare, ac si dicat eorum significationem aperire, sive agatur de illis sive de rebus ab ipsis significatis.

Materia sunt illa quinque nomina, in quae agit, sed de quibus agit, partim sunt nomina, partim sunt res. Materia enim alia ex qua fit, alia in qua fit. Materia ex qua fit, ut ferrum cultelli ex quo constat. Materia illa vero in qua fit, sicut ferrum fabri qui in ipsum agit. Et hoc in loco materia accipitur pro ‚in qua fit', quia in illa quinque agit, veluti Caesar est materia Lucani, quia in ipsum agit.

Modus tractandi est talis: Horum quinque proprietatibus assignatis in diversis eorum tractatibus tandem ad maiorem eorum cognitionem ad communiones eorum simul et proprietates descendit, quoniam in istis duobus, scilicet in convenientia rerum et differentia assignanda, ultima rerum consistit doctrina.

Utilitas est, ut ipse docet, cum principaliter ad praedicamenta | dirigatur. Quadrifaria tamen spargitur, quod satis | 10r
in glossulis diligenter aperitur[1].

11 ibi A_1 A_2, *om.* *L* 13 quorum] + proprii *L* 14 autem dix. A_1 A_2 autem ut dix. *L* 16 significationem A_1 A_2 significata *L* 17 nominibus A_1 omnibus *L* rationibus A_2 22/23 nomina in quas. agit. de quibus vero agit. partim haec nomina partim res A_2 nom. in que sed de quibus agit partim *L* 33 assignandi *L* 36 quadrifariam A_1 quod A_1 qua *L*

[1] *Cf. supra* p. 5^8.

Haec autem scientia pertinet tam ad scientiam inveniendi quam iudicandi. Cum enim dicit genus sine specie vel speciem sine genere subsistere non posse vel speciem ex differentiis constare, innuit necessaria argumenta convenienter inveniri posse. Ubi dicit proprium posterius fieri in specie, innuit argumenta inter proprium et speciem non esse necessaria. Ubi dicit oportet esse subiectum, ut ei aliquid accidat, innuit nulla argumenta inter subiecta et accidentia posse inveniri necessaria.

Tradit etiam hoc loco scientiam iudicandi, quia per illas proprietates quas generi et speciei et differentiae assignat, possunt convenienter argumenta quae fiunt inter genus et speciem et differentiam et econverso, confirmari.

Principaliter tamen ad inventionem liber iste spectat, cum inventio teste Tullio[1] prior sit iudicio, quia prius necesse est argumenta inveniri quam inventa iudicari vel confirmari. Sicut igitur Boethius super Topica Ciceronis[2] scientiam dividendi, diffiniendi, colligendi partes logicae vocat atque ad inventionem applicat, cum ex divisionibus et diffinitionibus argumenta ducantur, ita horum quinque notitiam ab inventione non disiunctam innuit, quia ex his convenienter eliciuntur.

His itaque praelibatis literae insistamus.

Scripturus[3] de materia sua prooemium praemittit, in quo et materiam assignat et utilitatem operis et modum scribendi introductorium promittit. Sunt autem huius vocabuli ‚necessarium' tres consuetae signifiationes: pro inevitabili scilicet ponitur, ut necesse est deum esse immortalem; modo pro utili, ut necesse est me ire ad forum; modo pro determinato, ut necesse est hominem mori quandoque. Duae vero primae istarum significationum certare videntur, quae harum convenientius hic possit accipi. Nam et non minima necessitas haec praenosse, ut ad alia perveniatur, cum sine illis sciri non possint, et aperta utilitas. Si quis tamen seriem literae diligenter attendat, necessarium pro ‚utile' iudicabit potius dici quam pro
f. 10v ‚inevitabile'. | Cum enim supponit, ad quid sit necessarium, quasi ad aliud relationem attendens utilitatem significat; utile enim ad aliquid spectat, inevitabile vero per se dicitur.

Boeth. p. 147 Sic construe: *Tentabo breviter aggredi ea quae dicta sunt ab antiquis, faciens tibi traditionem*[4], id est tractatum, *de specula-*

5 speciem *L* 20 dicantur *L* 23 materia A_1 A_2 notitia *L* 29,30 Due quoque istarum *L* 35 supponit A_1 A_2 suppositum *L*

[1] *Cf. supra* 3[14]. [2] Boeth., *In Top. Cic.* PL 64, 1046 C.
[3] *Cf. supra* p. 4[19]. [4] *Cf. supra* p. 5[18].

tione istarum rerum, idest de consideratione istorum universalium. Quae nomina rerum convenienter appellavit, quia ad hoc quod genus vel species, oportet, quod res subsistant de nominibus, quorum genus vel species veraciter praedicari habeant. *Traditionem* dico *compendiosam,* idest brevem et utilem, quod statim exponit dicens: *breviter,* scilicet nimia brevitas maximam obscuritatem inferre posset, iuxta illud Horatii: Cum brevis esse laboro, obscurus fio[1]. Unde ne lector diffideret ex brevitate sive confunderetur prolixitate, introductorium modum se servare promittit in scribendo.

Cum sit tamen utile et nosse, quid sit etc., idest cuius proprietatis sit genus, quia per ,quid' aliquando quaeritur de substantia, cum dico: ,quid est homo', aliquando de proprietate, ut cum dico: ,quid est affirmatio' vel ,quid est negatio', ,quid enuntiatio'.

Doctrina est scientia per conceptionem comparata. *Aristotelem,* idest in libro Aristotelis. Quippe hoc nomen ,genus' non substantiae, sed accidentis designativum est[2]. Unde illud ,quid' magis secundum proprietatem, quam secundum substantiam accipimus. *Et ad ea.* Quattuor supponit in quibus utilitatem insinuat et quadrifariam ostendit, ad hoc, scilicet ad praedicamenta, ad diffinitiones, ad divisiones, demonstrationes, idest argumentationes, quae propositam quaestionem demonstrant. Quae, scilicet scientia praedicamentorum, *est apud Aristotelem,* idest in tractatu eius continetur. Nam liber quandoque per nomen auctoris designatur, ut Vergilius. *Et ad diffinitionum assignationem,* idest ad assignandas diffinitiones et componendas. Et ita haec ad divisiones et demonstrationes, scilicet argumentationes, utilia sunt. Qualiter autem notitia illorum quinque ad illa quattuor valeat, diligenter superius ostensum est[3].

Quomodo[4] introductorium modum servet, ostendit: *ab arduis quaestionibus,* et obscuritate implicitis *abstinens, simpliciores mediocriter coniectans,* videlicet quaestiones quaesitas tractans, idest dubitabiles propositiones, quae multae sunt. Multae etenim propositiones tractantur in hoc opere, quae dubiae remanerent, nisi Porphyrius eas a dubita|tione absolveret. Et f. 11r

4 quarum *L*   8 fio A_1 A_2 fit *L*   lecta *L*   diffideret A_1 A_2 diffidentes *L*   9 introductorium modum A_1 A_2 introductorio modo *L*   14 15 adnuntiatio *L*   20 in A_2 vel *L*   29 illorum] aliorum *L*

[1] *Cf. supra* p. 5[17].   [2] *Cf. supra* p. 4[36].

[3] In hoc opere hoc non est ostensum, sed in A_1 (supra p. 5[23] et A_2 diffuse haec res tractatur.

[4] *Cf. supra* p. 7[21].

merito sic expositum est de quaesitis et non de quaerentibus, cum nullae quaerentes in hoc opere tractentur praeter has tres, quae non dicuntur simplices, sed difficiles. Nec vacat, quod dicit mediocriter; posset enim res in se facilis esse nec tamen lucide tractari.

De generibus.

De generibus et speciebus quaestiones enodare compellimur, quas <nec> ipse Porphyrius ausus est solvere, cum eas tamen tangendo ad earum inquisitionem accendat lectorem. Cum[1] ista praedicta constet esse universalia, ab universalibus inchoandum est, diffiniendo scilicet quid proprie universale, quid singulare, idest particulare sive individuum, dicendum sit. Universale Aristoteles describere dicitur in Categoriis[2]: quod de subiecto dicitur, vel in Peri ermenias[3]: quod natum praedicari de pluribus. Similiter et individuum, cum in Categoriis, ut: quod non dicitur de subiecto, in Peri ermenias vero: quod non est aptum natum praedicari de pluribus, immo de uno solo.

Cum diversi has diversas diffinitiones ad diversa applicent, alii videlicet ad res, alii vero ad intellectus, alii ad sermones, tamen unusquisque tuetur se auctoritate iudice.

Quandoquidem res universales in pluribus locis reperitur quod sint, ut in eo loco, ubi [Boethius] Aristoteles[4] dicit, quoniam haec rerum universalia sunt etc. Et rursus Boethius in Divisionibus[5]: Rerum aliae superiores etc. Et non solummodo hic, sed etiam cum dicimus[6] speciem constare ex genere et differentia, utpote hominem, ipsam rem, ex animalitate et rationalitate, sicut statuam ipsam ex aere et figura. Et in Hypotheticis[7] dicitur: ‚Causa speciei genus est'. Et sic ipsam rem quae est animal, in ipso homine tamquam materiam praeiacentem appellare videtur. Cui et illud consonat quod Boethius ait in Divisionibus[8] genus in quasdam pro-

7 quaestiones] veteres *L* enodire *L* 7 8 compellimus *L* 23 Quia quidem

[1] *Cf. supra* p. 9[18]. [2] Boeth., *In Cat. Ar.* PL 64, 169 B.
[3] *Cf. supra* p. 9[19]. [4] *Cf. supra* p. 9[23].
[5] Boethius, *Liber de divisione.* PL 64, 885 D: Rerum enim aliae sunt superiores, aliae inferiores, aliae mediae.
[6] *Cf. supra* p. 9[26].
[7] Boethius, *De syllogismo hypothetico.* L. I. PL 64, 835 C.
[8] Boethius, *Liber de divisione.* PL 64. 878 D: Genus vero non in significationes, sed in quasdam a se quodammodo procreationes disiungitur.

creationes dividi, et multis speciebus nomina deesse[1], et illud Aristotelis[2]: ,Eorum quae de subiecto dicuntur, necesse est' etc., et rursus[3]: Omnis non significat universale, et rursus[4]: [et] ,cetera vero omnia aut de subiectis dicuntur substantiis aut in subiectis eisdem sunt'; et iterum[5]: ,non existentibus primis substantiis impossibile aliquid aliorum esse', et illud Boethii[6]: quaecumque secundis substantiis fundantur, et in primis, et illud quod ait Boethius[7]: Generis divisionem pertinere ad naturam et divisionem aequivocationis ad hominum impositionem. Et rursus[8]: Omne genus est aliquid eorum quae sunt species et quamlibet speciem esse suum proprium genus|, f. 11v sed[9] non idem esse partem quod totum.

Non solum ista, sed etiam plura alia testimonia occurrere videntur, quae res universales esse ostendant.

Sunt alii qui intellectus universales astruere videntur. Quibus illud Prisciani concordat, quod ait in Constructionibus[10]: Quamvis quantum ad generales et speciales formas rerum quae in mente divina constiterunt, antequam in corpora prodirent etc., et illud Boethii super Porphyrium[11], ubi ait ipsam excogitationem genus esse sive speciem. Et haec quidem sententia Platoni imputatur, quod scilicet genera et species, huiusmodi conceptiones, noy, idest divinae menti, tribuit, ideo fortasse, quod formas exemplares

---

3, 10 rursus] $\overset{e}{r}$ *L*, *cf. supra p.* 10². 5 cum subiectis eis *L* 13 sed etiam] scil. et *L* 20 excogitationes generis *L*

[1] L. c. p. 884 C.

[2] Boethius, *In Categ. Arist.* L. I. PL 64, 184 B: . . . eorum quae de subiecto dicuntur, necesse est et nomen et rationem de subiecto praedicari.

[3] Boethius, *In librum de interpret.* ed. C. Meiser I 14 ¹⁸.

[4] Boethius, *In Categ.* L. c. p. 184 C: Alia autem omnia aut de subiectis dicuntur principalibus aut in subiectis eisdem sunt.

[5] L. c. p. 184 D. [6] *Cf.* Boeth., *l. c. p.* 186.

[7] Boethius, *Liber de divisione.* PL 64, 879 A: Unde fit, ut vocis quidem divisio ad positionem consuetudinemque pertineat, generis vero ad naturam.

[8] L. c. p. 885 B: . . . omne genus aliquid eorum erit quae sunt, species proprium genus est; rursus, quaelibet species proprium genus est.

[9] L. c. 879 D.

[10] Priscianus, *Instit. grammat.* L. XVII. c. 44. *ex recensione* M. Hertzii (Grammat. lat. ed. Keil v. III. p. II. p. 135 ⁷): Idem licet facere per omnes definitiones, quamvis quantum ad generales et speciales formas rerum, quae in mente divina constiterunt, antequam in corpora prodirent, haec quoque propria possint esse, quibus genera et species naturae rerum demonstrantur. [11] *Cf. supra* p. 23 ³⁴.

habuerit deus in mente, ad quarum similitudinem dictus est postea operari res ipsas, quae a generalibus et specialibus nominibus appellantur. Hae quippe rationes operibus naturae, non artificis consistunt in deo. Quae conceptiones recte deo attribuuntur, cuius hae effectus sunt, quem hoc in loco naturam vocamus, idest originem et nativitatem omnium.

Isti confirmant suas sententias huiusmodi auctoritatibus, scilicet plura reperimus, in quibus sermones universales aperte dicuntur. Hinc illud Aristotelis[1]: ‚Genus et species qualitatem circa substantiam determinant'; et rursus[2]: ‚Familiarius assignabis proferendo speciem quam genus', sed et cum dicimus[3] diffinitionem constare ex genere et substantiali differentia, vel cum ait Boethius[4] animal esse ultimum genus, et rursus, cum ait in Divisionibus[5]: ‚genus quodammodo multarum specierum similitudo est, quae earum omnium substantialem convenientiam monstrat'. Qui etiam ubi dicit super Porphyrium[6] tertiam significationem generis maxime ad tractandum philosophos assumpsisse, quia hoc est quod demonstrat, quid unaquaeque res, aperte clamat sermones esse universales, cum monstrare sive significare proprium sit sermonum. Vel etiam cum dicit in Divisionibus[7] genus in divisione totum esse speciei, in diffinitione vero partem, hoc idem insinuat, cum tam diffinitio quam divisio sermones sint. Et Porphyrius[8] cum secundum Aristotelem ostendit ens non esse genus omnium eo quod de omnibus hoc nomen ‚ens' aequivoce praedicari dicitur, invalidam afferret rationem de nomine ad rem. Non enim per
f. 12r praedicationem nominis | hoc quod est in rerum natura, permutari debet, quod non minus consisteret, etiam si nulla nominum impositio facta esset. Qui[9] etiam <cum> ait genus et speciem praedicari in quid et ea reddi per interrogationem factam per ‚quid est', plane ipsa quae respondentur, sermones insinuat.

Sed cum Aristoteles ponat pro universalibus ‚dici de subiecto'[10], proprie universalia dici demonstrat, quibus dici

---

7 *Hic quaedam omissa esse videntur, nam hic autoritates pro tertia sententia ponuntur, non pro secunda.* 10 rursus] $^{e}_{r}$ *L* 13 rursus] $^{a}_{r}$ *L* 24 ostendens *L* 27 hoc est quod *L*

[1] Boethius, *In Categ. Arist.* L. I. PL 64, 194 C.
[2] L. c. p. 186 B; 187 D.
[3] *Cf.* Boeth., *De syllog. cat.* L. I. PL 64, 794 D, 795 A.
[4] Boeth., *Liber de div.* p. 884 C. [5] L. c. p. 885 C.
[6] Boeth., *In Porph. comm.* ed. S. Brandt, 179[18]; *cf. supra* p. 35[12].
[7] Boeth., *Liber de div.* p. 887 B.
[8] Boeth., *In Porph. comm.* p. 220[18].
[9] *Cf. supra* p. 35[14]. [10] *Cf. supra* p. 143[18]; 141[4] sqq.

convenit, idest proferri et praedicari proprie sermonum est, cum nemo praedicatum terminum propositionis esse dubitet, ex cuius privilegio praedicatum dicitur proprie, quod Boethius[1] in nomen et verbum distribuit. Qui etiam cum ait in primo Topicorum[2] hanc quaestionem ad logicam pertinere, utrum affirmatio et negatio sint species enuntiationis, aperte docet species magis esse sermones quam res; quippe si in rerum natura species magis existerent, quam in proprietate sermonum, non potius hoc discutere ad logicam quam ad physicam pertineret.

Nunc autem tribus sententiis de universalibus positis cum testimoniis ipsarum, primam quae de rebus est, primitus exequamur. De qua etiam sunt plures opiniones, cum alii aliter res universales esse affirmant.

Nonnulli[3] enim ponunt decem res diversas esse naturaliter secundum decem praedicamentorum vel generalissimorum distinctionem, cum videlicet ita dicant res esse universales, hoc est naturaliter communicabiles pluribus, quod eandem rem essentialiter in pluribus ita ponunt, ut eadem quae est in hac re, essentialiter sit in illa, diversis tamen formis affecta. Verbi gratia ut animal, natura scilicet substantia animata sensibilis, ita est in Socrate et brunello[4] et in aliis, quod eadem quae est in Socrate et per advenientes formas effecta est Socrates, et essentialiter tota est in brunello ita, quod Socrates nullo modo a brunello in essentia diversus est, sed in formis, cum eadem essentia penitus materialiter aliis formis in isto, aliis formis in illo sit occupata. Quibus illud Porphyrii[5] consentire videtur, scilicet: participatione speciei plures homines unus, unus autem et communis <particularibus> plures. Et iuxta hanc sententiam praedicari de pluribus tale est, ac si diceremus: idem essentialiter ita inesse aliquibus rebus, per formas oppositas diversificatis|, ut singulis f. 12v essentialiter vel adiacenter conveniat.

Quibus hoc obicimus: quod si hanc sententiam concedi convenit, quippe si formas contingeret a subiecta materia discedere, ita scilicet quod subiecta his penitus carerent, in nullo penitus hic et ille differrent, sed iste et ille omnino idem efficerentur. Ex quo scilicet pessimam haeresim incurrunt, si hoc ponatur, cum scilicet divinam substantiam, quae ab omnibus formis aliena est, idem prorsus oporteat esse cum substantia.

---

9 pertinet *L* 14 enim] etiam *L* 16 vel *L* 33 si] scil. *L* 34 his] hoc *L*

[1] Boeth., *De syllog. cat.* L. I. p. 794 D.
[2] Boeth., *De differentiis topicis.* L. I. p. 1180 A.
[3] *Cf. supra* p. 10 [17]. [4] *Cf. supra* p. 11 [31].
[5] Boeth., *In Porph. comm.* p. 228 [9]; *cf. supra* p. 58 [1].

Sunt autem nonnulli, qui illam unicam divinitatis naturam, de qua teste Macrobio[1] Plato non est ausus dicere, quid sit, hoc solum sciens, quod qualis sit, ab omnibus non possit sciri, nec inter substantias nec inter quantitates nec inter res aliorum praedicamentorum recipiunt; sed cum audiunt: ‚divinam substantiam‘, tale est ac dicatur: divinam essentiam[2].

Quibus multae philosophorum auctoritates consentire videntur maxime illorum qui dialecticam tractant, sicut Aristoteles[3], ubi proprie proprium substantiae assignans dicit eam, cum sit unum et idem numero, susceptibilem contrariorum, necnon Porphyrius[4], cum ait unamquamque substantiam una specie participare, pluribus vero accidentibus. Dicit iterum Boethius in Topicis[5] locum a descriptione assignans: substantia est quae omnibus accidentibus potest esse subiecta, albedo autem etc. Cum igitur certum sit secundum philosophorum traditionem divinam naturam nullis accidentibus subiectam esse, necesse est eam penitus a substantiis seiungi.

Sed si magis divino iudicio testimonio consentire volumus, primum quid deus esset, innotuit, cum ad Samaritanam loquens dicit: ‚Spiritus est deus[6]; oportebit nos deum inter substantias locare, cum omnis spiritus substantia est. Si quis vero diligenter substantiae diffinitionem consideraverit, videbit nihil rectius posse dici substantiam, quam deum, cum ipse sit vero res per se existens, qui nullo alio eget. Omnia vero alia sunt per eum existentia, sine quo non possunt esse.

Quod Aristoteles[7] videtur astruere, cum dicit: horum quae secundum nullam complexionem dicuntur, singulum aut significat substantiam aut qualitatem aut quantitatem etc. Aperte ostendit hoc nomen deus designativum substantiae esse, cum
f. 13r aliam rem non designet. |

10 ideo *L* 23 deum] dici *L* ipse siint vero res *L* 24 per eum] ei *L* 25 quibus *L*

[1] Macrobius, *Comm. in somn. Scipionis.* L. I. c. II. § 15 (ed. Fr. Eyssenhardt. ed. Teubner. Lipsiae 1893. p. 482): Sic Plato cum de ταγαθῷ loqui esset animatus dicere quid sit, non ausus est, hoc solum de eo sciens quod sciri quale sit, ab homine non possit. cf. Abael., *Theol. christ.* L. I. c. 5. PL 178, 1154 C.

[2] Abael., *De Unit. et Trin.* p. 43 sqq.; *Theol. christ.* p. 1241 C. sqq.; *Introd.* p. 1060 sqq.

[3] Boeth., *In Cat. Arist.* L. I. p. 198 B.

[4] Boeth., *In Porph.* p. 342 ².

[5] Boeth., *De diff. top.* L. II. p. 1187 C.

[6] Abael., *Theol. christ.* p. 1241 C. *De Un. et Trin.* p. 43.

[7] Boeth., *In Categ.* p. 180 A.

Quomodo vero supradictae auctoritates philosophorum intelligendae sint, diligenter considerandum est. Cum Aristoteles dicit proprie proprium esse, quod cum sit etc., substantia, hoc nomen, stricte accipitur, scilicet pro re existente per se variabili. Hoc etiam Boethius innuit, cum dicit: Substantia est quae omnibus accidentibus subiecta esse potest etc. Duobus namque modis substantia, hoc nomen, accipitur, aliquando scilicet pro re existente per se non variabili, secundum quam significationem philosophi non tractant de substantia; aliquando vero pro re per se existente variabili. Vel Aristoteles accipit largius proprie proprium quam Porphyrius[1]. Dicit enim illud proprie proprium substantiae, quod ei soli convenit, sed non omni.

Id vero, quod Boethius ait in Topicis, ad opinionem potius quam sententiam referendum est, ubi saepe nonnullos locos sophisticos gratia exercendi lectoris inducit.

Illud autem, quod Porphyrius dicit, potius est exponendum negative quam affirmative hoc modo: unaquaeque substantia participat una specie, pluribus vero accidentibus, idest nulla substantia pluribus speciebus specialissimis participat, sed pluribus accidentibus[2]. Nec ⟨propter⟩ deum solum verum est, sed etiam propter alias substantias fortasse, ut est phoenix.

Oportet igitur secundum praedictam sententiam substantiam divinam idem esse cum qualibet substantia, quam constat esse veram et simplicem et ab omni proprietate immunem. Praeterea si eadem substantia essentialiter sit in omnibus, ita scilicet ⟨ut⟩ ea quae informata est rationalitate, sit irrationabilitate occupata, quomodo negari potest, quin substantia rationalis sit substantia irrationalis?[3] Quibus obiectis nullatenus refragari queunt, cum eadem substantia penitus omnibus formis informari ostendatur. Quis enim cum eandem substantiam albedine et nigredine et sessione occupatam viderit, negabit substantiam albam esse sedentem?

Si quis vero dicat insistens rationale esse irrationale, veluti substantia alba est substantia sedens, cum hae oppositae formae contrariae sint, illae vero non, fallitur, quia nec in essentia magis sunt oppositae istae quam illae, cum eadem essentia qualitatis sit penitus, nec in adiacentia, cum eidem substantiae penitus adiaceant. Sed[4] si quis dicit formas istas oppositionem habere ex oppositis formis quibus informantur, fallitur, cum eadem ratione non possit assignare, unde illae oppositionem trahant. f. 13v

6 subiecta] + est *L*

[1] Boeth., *In Porph.* p. 275[5].

[2] *Cf. supra* p. 108[40].

[3] *Cf. supra* p. 12[15].

[4] *Cf. supra* p. 11[10] sqq.

Amplius. Cum eadem substantia in singulis essentialiter, quomodo veraciter dici poterit haec substantia simplex, illa vero composita, cum in substantia nulla sit diversitas nec superabundantia. Praeterea cum sola substantia sentiat, cum eadem sit penitus substantia huius animae et illius, numquid cum haec anima sentit et illa? Aut cum haec anima punitur vel tristatur, et illa? Et haec ad praesens adversus praedictam sententiam dicta sufficiant.

Sunt alii in rebus universalitatem assignantes, qui eandem rem universalem et particularem esse astruunt. Hi namque eandem rem in diversis indifferenter, non essentialiter inferioribus affirmant [1]. Veluti cum dicunt idem esse in Socrate et Platone, ‚idem' pro indifferenti, idest consimili, intelligunt. Et cum dicunt idem de pluribus praedicari vel inesse aliquibus, tale est, ac si aperte diceretur: quaedam in aliqua convenire natura, idest similia esse, ut in eo quod corpora sunt vel animalia.

Et iuxta hanc, ut diximus, sententiam eandem rem universalem et particularem esse concedunt, diversis tamen respectibus; universalem quidem in eo quod cum pluribus communitatem habet, particularem secundum hoc quod a ceteris rebus diversa est. Dicunt enim singulas substantias ita in propriae suae essentiae discretione diversas esse, ut nullo modo haec substantia sit eadem cum illa, etiamsi substantiae materia penitus formis careret, quod tale secundum illos praedicari de pluribus, ac si dicatur: aliquis status est, participatione cuius multae sunt convenientes, praedicari de uno solo, ac si dicatur: aliquis status est, participatione cuius multae sunt non convenientes.

Huic autem sententiae opponamus et sensum illorum diligenter inquiramus. In primis inquirendum iudico, quomodo Porphyrius dicit praedicari de pluribus ad exclusionem individuorum, cum illa scilicet praedicentur de pluribus secundum illos. Sed dicunt mihi, quod cum dicitur genus de pluribus praedicari, tale est, ac si dicatur: genus in quantum est genus, praedicatur de pluribus, quod constare non potest, cum secundum hoc oporteat ipsam diffinitionem ipso diffinito ignotiorem esse, cum ipsum diffinitum, quod adhuc dubium est, ad declarationem sui inducitur. Amplius cum diffinitio generis sit, quod praedicatur etc., oportet eum concedere quod individuum
f. 14r ex statu individui | sit genus, quia ex illo quod praedicatur de pluribus, [quod] est animal. Propterea quomodo dicunt ‚prae-

5 subst. huius an. *A* cum subst. an. *L* 7 Et haec] cum hoc *L* 36 ipso diffinito *L*

[1] *Cf. supra* p. 14 [1].

dicari de pluribus', quod generi convenit, genus ab individuo removere, cum idem prorsus individuo conveniat?

Videamus modo, quae possit esse differentia inter genus et individua hoc modo: convenit generi praedicari de pluribus ex statu generis; idem individuo convenit, scilicet praedicari de pluribus ex statu generis. Item a genere removetur praedicari de pluribus, in quantum est individuum; idem ab individuo removetur, cum nullum ex statu individui praedicari de pluribus habeat. Quomodo igitur per praedicari de pluribus assignatur differentia?

S u n t q u i d a m, memini, qui differentiam assignantes dicunt genus ex statu generis praedicari de pluribus et individuum ex statu individui carere praedicabilitate plurium. Sed miror de tanto numerosae multitudinis errore, quomodo per hoc differentiam assignare intendant, cum aliquid secundum sensum non attribuatur generi, quo ab individuo removeatur. Quippe[1] cum dicitur: genus praedicatur de pluribus et individuum non, non simpliciter affirmatur de genere praedicari de pluribus, immo praedicari de pluribus ex statu generis generi attribuitur; cum dicitur individuum non praedicari de pluribus, non simpliciter praedicari de pluribus ab individuo removetur, sed praedicari de pluribus ex statu individui aufertur ab individuo. Nullam ergo per hoc differentiam assignant, cum etiam id quod de genere affirmatur, scilicet praedicari de pluribus ex statu generis, de individuo veraciter possit affirmari, et quod ab individuo removetur, a genere possit auferri.

Amplius quomodo dicit B o e t h i u s super P e r i e r m e n i a s[2], quod haec propositio ‚homo ambulat' de speciali falsa est, de particulari vero vera est? Numquid et de universali similiter vera est, cum idem sit universale et particulare? Sed fortassis inquies, quod ab hoc universali ambulatio prorsus removeri potest, a particulari vero non, hoc modo: nullum universale ex statu universalis ambulat. Sed similiter dici potest, quod nullum particulare ex statu particularis ambulationem habeat. Haec quippe enuntiatio: ‚in eo quod est universale, non ambulat', duobus | modis potest intelligi, sive interpositum sive praepositum. f. 14v
Interpositum sic: in eo quod universale, non ambulat, ac si diceretur: proprietas universalis non patitur ambulationem, quod omnino falsum est, cum eidem subiecto universalitas et particu-

14 misor *L* hoc] hanc *L* 15 intendat *L* 20 non[2]] + sunt *L* 29 non quid *L* 36 sive[2]] + non *L*

[1] *Cf. supra* p. 37[15].

[2] B o e t h., *In libr. de interpret.* L. II. c. 6. ed. Meiser, II. p. 133[5].

laritas et ambulatio adiaceant. Quod si praeponitur, intelligitur hoc modo: non in eo quod est universale, ambulat, sicut est illud: non in eo quod animal est, habet caput, hoc est: non exigit proprietas universalis, ut ambulet, sicut non exigit natura animalis, quod habeat caput. Sed eodem modo verum erit de particulari, cum proprietas particularis non exigat ambulationem. Quid enim est, quod ait Boethius[1] illam ultimam differentiam, scilicet ‚praedicari in quid‘, poni ad exclusionem accidentium, cum accidentia saepe de substantiis in quid praedicari habeant, cum secundum eos individualitas sit quaedam forma, quae in omnibus rebus individualibus accidentaliter inest? Itaque et huic individualitati per accidens inest, cum secundum hoc individualitas individuum dicitur, quomodo et Socrates. Nec tamen minus individualitas de hac individualitate praedicatur in quid.

Praeterea cum praedicationem in rebus tam secundum essentiam quam secundum adiacentiam accipiunt, quomodo regulas argumentationum veras intelligunt? Veluti istam: Si aliquid oppositum praedicatur de aliquo, oppositum illius removetur ab eodem. Si enim ita intelligant eam, quod si una res opposita convenit alicui aliqua praedicatione, aliquod oppositum removetur ab ea aliqua praedicatione, nulla argumentatione hoc confirmari potest. Nec etiam ista: est homo, ergo non est lapis. Non enim est concedendum, quod si aliqualiter oppositum non convenit illi, tunc falsa est. Quippe sessio et homo sunt oppositae species, et tamen sessio non ideo minus habet praedicari in adiacentia de illo de quo praedicatur homo in essentia.

Amplius. Cum ‚praedicari‘ duobus modis accipiatur, quaeritur, quomodo in diffinitione generis accipiatur. Non enim est concedendum, quod si in aliqua praedicatione removetur, ideo in hac. Si autem aliter accipimus, hoc modo scilicet: Si aliqua res opposita conveniat alicui aliqua praedicatione, alterum oppo-
f. 15r situm non convenit illi, tunc plane falsa est, utrum scilicet | praediari ⟨accipiatur⟩ in essentia vel in adiacentia. Si autem pro ‚praedicari in essentia‘ accipitur, pro nihilo in eadem diffinitione supponitur in quid. Si vero pro ‚praedicari in adiacentia‘, non omni generi convenit, cum omne genus non habeat praedicari in adiacentia. Oportet igitur, ut large accipiatur, tam scilicet pro ‚praedicari in essentia‘ quam in adiacentia. Et cum haec albedo de se in essentia praedicetur et de Socrate in adiacentia, utique de plu-

19 Si enim intelliguatur ita intellaguatur eam *L* si] sine *L* 25 homo] huius *L*

[1] Boeth., *In Porph. comm.* L. II. p. 196[7].

ribus praedicatur. Et ita aliquod individuum de pluribus praedicatur, quod falsum est.

Quod si quis dicat a Porphyrio non esse exclusa particularia accidentia, sed particulares substantias, plano convincatur errore ex eo quod post[1] subditur: ,⟨A⟩ differentia vero et ab his quae communiter sunt accidentibus' etc., quod nihilo communia determinaret, si aeque omnibus praedicari de pluribus concederet.

Sunt quidam qui cum nomina particularia excludant, ita determinant: quod uno et eodem modo de pluribus praedicatur, scilicet ut vel in essentia vel in adiacentia. Sed etiam post istam solutionem quaero de secunda differentia generis: quod praedicatur de pluribus differentibus specie, quomodo ad exclusionem specialissimorum et propriorum ⟨valeat⟩, cum albedo uno praedicationis modo, scilicet in adiacentia, de differentibus specie praedicetur, utpote de cygno et de margarita, et rationalitas de deo et de homine.

Haec contra illorum sententiam, qui eandem rem universalem et particularem esse disserunt, dicta sufficiant.

Sunt iterum alii, qui aliter res universales esse videntur affirmare. Hi rebus communitatem assignantes dicunt rem aliam universalem, aliam singularem, id est alterius proprietatis[2] esse ex hoc quod est universalis, et alterius ex hoc quod est singularis. Ut animal est universale et corpus, nec tamen aliquod animal vel aliquod corpus. Tale est enim secundum hanc sententiam animal esse universale, ac si dicatur: plura sunt quorum unumquodque animal est, et tale est hoc animal praedicari de uno solo, ac si dicatur: una sola res est hoc animal.

Nunc positam sententiam breviter exponamus. Primum quaerendum est, ut arbitror, quomodo secundum hanc sententiam individuum ab universali differat per praedicari de pluribus, cum individuum habeat praedicari de pluribus, id est plura sunt, quorum unumquodque est individuum. Sed fortasse inquies, quod recte praedicari de pluribus in diffinitione universalis ponitur ad exclusionem individuorum, | cum omne universale f. 15v
praedicari de pluribus habeat, nullum autem individuum de pluribus praedicetur. Sed eodem modo inter universale et animal

---

7 equa *L* 9 qui cum] quecumque *L* 22 hiis *L* 30 positam] p^9 *L* 36 ponuntur *L*

[1] Boeth. l. c., p. 189$^{3-4}$. *Cf. supra* p. 40^{12}.

[2] *Cf. De generibus et speciebus*, V. Cousin, *Ouvrages inédits* 522^{6}. Hauréau, *Notices et extraits* V 313.

differentia poterit assignari, cum omne universale de pluribus et nullum animal de pluribus. Non igitur Porphyrius[1] convenienter induxit argumentum, cum ait: ‚Genus est, ut animal', cum animal a genere et ab aliis universalibus per praedicari de pluribus differat quemadmodum individuum. Praeterea secundum hanc sententiam concedere oportet, quod non-universale sit universale et res quae non praedicatur de pluribus, praedicetur de pluribus et multos quorum unumquodque de pluribus praedicatur, concedat individuum appellari.

Est alia de universalibus sententia rationi vicinior, quae nec rebus nec vocibus communitatem attribuit; sed sermones sive singulares sive universales esse disserunt. Quod etiam Aristoteles, princeps peripateticorum, per diffinitionem universalis quam ponit, aperte insinuat, cum ait[2]: ‚Universale est, quod est natum praedicari de pluribus', idest a nativitate sua hoc contrahit, ex institutione scilicet. Quid enim aliud est nativitas sermonum sive nominum, quam hominum institutio? Hoc enim quod est nomen sive sermo, ex hominum institutione contrahit. Vocis vero sive rei nativitas quid aliud est, quam naturae creatio, cum proprium esse rei sive vocis sola operatione naturae consistat?

Itaque nativitas vocis et sermonis diversitas, etsi penitus in essentia identitas. Quod diligentius exemplo declarari potest. Cum idem penitus sit hic lapis et haec imago, alterius tamen opus est iste lapis et alterius haec imago. Constat enim a divina substantia statum lapidis solummodo posse conferri, statum vero imaginis hominum comparatione posse formari.

Sic ergo sermones universales esse dicimus, cum ex nativitate, idest ex hominum institutione, praedicari de pluribus habeant; voces vero sive res nullatenus universales esse, etsi omnes sermones voces esse constat. Si enim aliqua res de pluribus praedicaretur, utique eadem in pluribus reperiretur.

Cui sententiae opponitur. Primum enim quaeritur, cur sermones et non voces esse universales astruant, cum de-
f. 16r scriptio generis tam vocibus quam sermonibus | conveniat. De quocumque enim praedicatur descriptio, et descriptum; sed descriptio generis praedicatur de voce, cum vox sit illud quod praedicatur de pluribus differentibus specie etc.; vox igitur est genus.

Quod sic solvitur: Huic argumentationi: vox est quod praedicatur de pluribus etc., ergo vox est genus, non con-

16 ex institutione] existere *L* 35 generis vocibus quomodo sermo | sermonibus *L*

[1] Boeth, *In Porph.* p. 180^{3}. [2] *Cf. supra* p. 9^{19}.

gruit haec regula, scilicet: De quocumque praedicatur etc., etsi illud quod praedicatur de pluribus etc., sit descriptio generis. Sic enim exponenda est regula: de quocumque etc., idest quodcumque habet illud in se, in quo terminatur descriptio generis, idest habet in se rem diffiniti. Vox vero illud non habet, in quo terminatur descriptio et quod per diffinitionem copulatur, scilicet praedicabilitatem de pluribus, sed est illud quod praedicatur, quia est sermo praedicabilis. Non igitur per regulam illam argumentatio confirmatur. Apparet itaque eorum opinionem frivolam esse.

Si quis vero diligenter diffinitionem generis consideret, profecto illud quod praedicatur de pluribus etc., nullatenus diffinitionem generis dici posse ⟨inveniet⟩, cum ad praedicationem illius nullo modo genus sequatur. Aliter enim diffinitio illius esse non poterit, nisi idem penitus copulare habeat. Dicatur igitur diffinitionem generis esse praedicabile de pluribus differentibus specie etc.; et de quocumque praedicatur diffinitio, et diffinitum, idest quidquid habet in se illud cuius diffinitio copulata est, habet in se illud cuius diffinitum est copulatum.

Si quis vero insistens dicat illam diffinitionem de voce praedicari, cum vox sit praedicabilis etc., fallitur. Non enim diffinitio generis ibi praedicatur, quia non ostenditur inesse illud, unde diffinitio est copulata, scilicet praedicabilitas talis, cum ipsum adiectivum in vi substantivi ponatur. Veluti cum dico: Socrates est album, idest res alba, per ‚album' formam cuius est copulativum, nullo modo copulo. Quod evenit ideo, quia in vi substantivi est positum, cum omne adiectivum formae sit copulativum.

Quod vero opponitur de Porphyrio, qui videtur dicere hoc totum quod praedicatur de pluribus etc., diffinitionem generis esse, non obest. Cum enim dicit: ‚quod etiam describentes assignaverunt genus esse dicentes, quod praedicatur de pluribus' etc., genus ex parte praedicati, non ex parte subiecti posuit. Non enim genus est, quod praedicatur de pluribus | etc., sed hoc modo f. 16v
intellexit: Quod praedicatur de pluribus, est genus, ac si diceretur aperte: de pluribus praedicabile etc. est genus.

Cum haec vox sit hic sermo et hic sermo sit genus, quomodo rationabiliter negari poterit, quin haec vox sit genus? Quod sic solvitur: Cum dicimus ‚hic sermo est genus', tale est ac si dicamus: sermo huius institutionis est genus. Sed cum dicimus haec vox est genus, tale est ac si dicamus: haec essentia vocis est praedicabilis etc., quod falsum est. Oportet enim prius

22 diffinitionem generis *L*

uni copulari et postmodum essentialiter alteri, quod nunquam fit. Dictum est enim et non potest amplius sumi.

Concedimus itaque has esse veras: Hoc nomen est genus, hoc nomen est universale. Similiter: Hic sermo ‚animal' est genus, hoc vocabulum ‚animal' est genus et universale, et similiter omnes in quibus subicitur vox innuens *institutionem*, non simpliciter *essentiam* vel prolationem, sed significationem et praedicans communitatem, sicut est: genus, universale, sermo, vocabulum, dictio, oratio. Vox autem simpliciter innuens essentiam est ut animal, homo, vox, sonus aëris etc.

Nota tamen, quod haec propositio vera est: genus est vox et species est vox. Tale est enim ac si dicatur: generale vocabulum est vox vel speciale. Conversae harum, scilicet: vox est genus vel vox est species, non sunt concedendae, cum per illas communitas essentiae ostendatur, quae similiter in omnibus reperitur. Concedimus enim propositiones: hic status animal est, haec materia Socratis est Socrates, utrumque istorum est aliquid; conversas vero istarum negamus omnino, scilicet: homo est hic status animal, Socrates est materia Socratis, aliquid est utrumque istorum.

His ita determinatis sciendum est genera et species nullo loquente non minus esse. Cum enim dico: genus vel species est, ipsis nihil attribuo, sed institutionem iam factam, ut superius dictum est, ostendo[1].

His ita praelibatis ad solvendas quaestiones de generibus et speciebus accedamus, quas nec ipse Porphyrius animatus est solvere. De quibus tria sunt inquirenda: quaeritur scilicet, quare de universalibus et non de singularibus fiant quaestiones, et quid eaedem quaestiones sentiant, et de ordine quem Boethius assignat.

Quaestiones huiusmodi de universalibus et non de singularibus non immerito fiebant, cum singularia res ut discretas et ab omnibus aliis diversas significent et quasi ad oculum pro-
f. 17r prio sensu eas capiamus. Universalia vero | nullam personam distinguunt; unde sanum intellectum facere non videntur, quia omnis sanus intellectus ex aliqua persona surgere videtur, cum ea quae sensu capimus, per intellectum recordamur. Quippe quemadmodum sensus, qui duces sunt intellectus, res ut discretas cum exterioribus formis percipiunt, ita intellectus, aemulatores sensuum, easdem alio modo concipiunt. Sed intellectus univer-

2 fit] sit *L*

[1] *Cf.* Hauréau, *Not. et ext.* V 326.

salium res ut discretas nullo modo attendunt, cum omnis res sit haec vel illa, sed neque hanc vel illam significant. Quare nullomodo sanum intellectum facere videntur, cum nulla res secundum eorum intellectus sane deliberari possit. Quod aperte insinuat Boethius, ubi ait[1]: ,Quid enim quisque auditor intelligat, hac voce ,homo' prolata, idest ubi nulla determinatione clauditur?'

Quod autem circa universalia propter intellectus dubitatio consisteret, aperte ostendit Boethius, cum illam partem argumentationis, qua probari universalium intellectus cassi et vani videntur, solvat, aliam vero de rebus insolutam praetermittat. Quam etiam dubitationem universalium aperte Aristoteles insinuat, cum ait in tractatu substantiae[2]: ,Neque enim unum est, quod subiectum est secundis substantiis'.

Sciendum est huiusmodi quaestiones a dubitantibus in designatione rerum fieri[3], in quam dubitationem ex locutionibus philosophorum inciderunt, quae huiusmodi fuerunt: animal est genus, animal est in pluribus, homo est universale, homo est species, accipientes haec nomina, ,animal' et ,homo' in propria et usitata significatione, ignorantes philosophos haec nomina ad se ipsa significanda transtulisse in hoc sensu: animal est genus, idest hic sermo ,animal' vel hoc nomen ,animal' est genus.

Qui vero ad doctrinam loquitur et translationes quibus usi sunt auctores, cognoscit, non tantum illud ⟨quod⟩ quaerens diligenter intendit discutere, verum et membra divisionis quam quaerens per opposita fieri intendebat, quodammodo non esse opposita asserit, verbis tamen ⟨aliter⟩ acceptis in discussione quam ille in inquisitione[4], quia quaerens ita intelligit, utrum genus et species subsistant, idest sint res ex subsistentibus, an sint posita etc., idest tantum sint in opinione ut chimaera; solvens vero aliter hoc modo scilicet: genera et species subsi|stant, f. 17v idest res subsistentes appellent, videlicet eas quarum sunt nomina sicut et participia. Eadem namque res ab universali nomine et particulari continetur et hoc loco hoc verbum ,subsistit' de rebus ad sermonem transfertur per adiunctionem horum nominum: genus et species, quae sermonibus data sunt. Veluti

1 ut] ubi *L* 6 idest ubi] ideo *L* ubi *Boeth.* 25 verum] utrum *L* 26 quod modo *L*

[1] Boeth., *De divis.* PL 64, 889 B: ,Quod (*recte* Quid) enim quisque auditor intelligat, ubi id quod dicens loquitur nulla determinatione concludit'?

[2] Boeth., *In Categ.* PL 64, 194 B: ,neque enim est unum quod subiectum est, quemadmodum prima substantia, sed de pluribus homo dicitur et animal.'

[3] *Cf. supra* p. 30^{18}. *Cf. supra* p. $28^{7—10}$.

substantia hoc nomen quod proprie rebus convenit, tamen in designatione nominum quandoque large accipitur, sicut ait Aristoteles in tractatu substantiae[1]: Videtur autem omnis substantia hoc aliquid significare, ita tamen, quod magister hanc propositionem: genera et species subsistunt, falsam esse concedit, quia talis est sensus ‚genera et species subsistunt': aliqua subsistentia sunt genera et species. In quo sensu Boethius denegat aperte eam, cum probat genera et species non esse, nec sane intelligi. Aliud membrum divisionis, scilicet quod sunt posita in solis et nudis puris intellectibus, concedit hoc modo: sunt posita in solis intellectibus, idest sunt posita propter intellectus solos a sensu, idest significantes rem non cum aliqua forma, quae sensui subiaceat.

Si quis vero opponat de hac specie ‚ignis', nihil obest, quia intellectus huius speciei rem accidentali affectione informatam non attendit, quae tactu discernatur, sed eam cum substantiali calore intelligit, qui nullo modo a sensu percipitur.

Sed quia intellectus huius nominis ‚filius' hoc habet, quia ex filiatione res sensui non subiacet, adiunxit ‚nudis' ab accidentalibus proprietatibus, idest non concipientes res ut accidentalibus formis occupatas.

Si quis opponat, quod per hoc nomen ‚homo', cum singulare nomen, intelligimus rem informatam unitate et ideo accidentali proprietate, dicimus, quod hoc loco proprietates accidentales pro stricte sumptis accipimus, scilicet pro talibus formis, sine quibus substantia subsistere possit[2].

Sed quia hoc habet nomen hoc, scilicet haec substantia vel haec anima, addit ‚puris' a personali discretione, idest non attendentes rem ut discretam, sed in statu illo in quo plura participare possunt.

Si quis vero dicat, quod non conveniat omnibus universalibus et facit intelligere Aeacum, fallitur. Non enim facit intelligere Aeacum secundum statum in quo multa participare possint, sed fi|lium Aeaci concipere facit, secundo Aeacum[3].

f. 18r

Boeth. p. 159[5] *Sive sint corporalia sive incorporalia.* Quaerens sic intelligit: cum genera et species sint res subsistentes et subsistentia alia corporalia, alia incorporalia, utrum genera et species sint corporales res an incorporales; solvens ita: genera et species sunt corporalia, idest res discretas nominant, et sunt incorporalia, idest res discretas indiscrete nominant.

15 accidentalem *L* 25 non pro vestratis *L* 29 sed] idest *L*

[1] Boeth., *In Categ.* p. 191 B. [2] *Cf. supra* p. 92[39]. [3] *Prisc.*, II, 62[17].

In hac vero ultima quaestione Boethius Aristotelem et Platonem diversos esse in verbis commemorat hoc modo[3]: Aristoteles omnia universalia in sensibilibus esse ponit, extra vero intelligi; Plato vero non modo intelligi, verum etiam ea praeter sensibilia existere | affirmat. Aristotelem vero 18v
sic intellexisse arbitror, quod genera et species in sensibilibus subsistant per appellationem, idest in se appellant, extra vero intelliguntur, quia intellectus eorum absque omni sensibilitate

7 pronomina] protiora *L* 11/12 esse affirmant A_2 13 falsa est *L* 14 15 concedimus] + . . . urius conce *L* 16 et A_2 etiam *L*

[1] *Cf. supra* p. 28[24].

[2] A_2 f. 75v. Et nota hanc propositionem genera et species sunt, veram et falsam esse. [3] *Cf. supra* p. 24[4] sqq.

Corporale enim pro discreto ponitur[1], quia maxime in corporali consistit discretio, cum etiam in illis reperiatur loci circumscriptio. Incorporalia vero loci circumscriptione carent, cum eorum terminus loco diffiniri non valeat. Et ideo incorporale pro indiscreto ponitur et dicitur incorporale sicut informe. *Et puris,* quia rem facit concipere pure et sine formis accidentalibus, veluti pronomina significant meras substantias, idest mere.

Videbatur fortasse, quod aliqua incorporee, idest indiscrete, significarent, quae pluribus essent communia. In quo errore sunt, qui easdem res in pluribus essentialiter <esse affirmant>. Sed nota[2] hanc propositionem: genera et species sunt corporalia, in proprio sensu falsam esse, veluti istam: genera et species sunt subsistentia, quam tamen in figurato sensu concedimus.

Quaerens sic intelligit: cum sint incorporalia, et incorporeorum sint tria genera, unum existens in corporibus, quod sine illis subsistere potest, ut anima; aliud quod sine illis subsistere nequit, ut albedo; aliud nunquam existens in sensibilibus, ut divini spiritus, utrum genera et species sint in sensibilibus an extra sensibilia. Hic accipitur sensibilis pro eo quod aliquo modo sensui subiaceat.

Solvens ita: genera et species quaedam, non omnia in sensibilibus sunt posita, hoc est sensibilia habent nominare, et ponuntur extra sensibilia, id est res habent significare et non cum aliqua forma quae sensui subiaceat, quia si res omnes formas quae sensui subiacent, amitterent, non ideo minus a genere et specie nominari possent. Sunt igitur genera et species in sensibilibus posita per appellationem, extra vero per significationem.

In hac vero ultima quaestione Boethius Aristotelem et Platonem diversos esse in verbis commemorat hoc modo[3]: Aristoteles omnia universalia in sensibilibus esse ponit, extra vero intelligi; Plato vero non modo intelligi, verum etiam subsistant per appellationem, idest in se appellant, extra vero 18v
sic intellexisse arbitror, quod genera et species in sensibilibus subsistant per appellationem, idest in se appellant, extra vero intelliguntur, quia intellectus eorum absque omni sensibilitate

---

7 pronomina] protiora *L* 11/12 esse affirmant A_2 13 falsa est *L* 14/15 concedimus] + . . . urius conce *L* 16 et A_2 etiam *L*

[1] *Cf. supra* p. 28[24].

[2] A_2 f. 75v: Et nota hanc propositionem: genera et species sunt, veram et falsam esse. [3] *Cf. supra* p. 24[4] sqq.

habentur, quia non faciunt concipere res ut informatas formis, secundum quas res sensui subiacent. Plato vero dicit genera et species non solum extra intelligi, verum etiam extra subsistere, quia si res substantiae omnibus illis formis carerent, secundum quas res sensui subiacent, non minus tamen secundum intellectus generum et specierum veraciter deliberari possent[1]. Apparet igitur in sensu non esse diversos, quamvis in verbis videatur.

Boeth. p. 159[7] Solutis quaestionibus ad litteram redeamus. Haec supra <posita> de generibus et speciebus *recusabo dicere* et ea quae consistunt circa ea, idest circa illas tres quaestiones, scilicet impugnationes et earum defensiones, <vel aliter> ita, ut quartam adnectamus quaestionem[2] hoc modo: utrum constantia sint circa illa duo, genera et species, idest necesse <sit> ea aliquas res subiectas per appellationem continere, an destructis rebus universalia permanere possint. Unde phoenix non est universale, cum plures res continere non habeat, nec chimaera, cum nullam rem contineat. Quod etiam Aristoteles[3] aperte insinuat: Rerum alia sunt universalia, alia singularia.

Solutis quaestionibus de ordine ipsarum, qui secundum solutionem assignari non potest, quaerendum est. Quod aliter, ut supra dictum est, in quaestione, aliter in solutione accipitur, haec est causa, quia hae duae quaestiones a dubitantibus et ab ignorantibus translationem, qua usi sunt auctores, fiebant iuxta usitatam et propriam nominum significationem. Solvens vero non proprium solum sensum sermonum aperire intendit, verum etiam translationem, qua usi sunt auctores, diligenter discutit. Boethius in commento[4] iuxta Alexandrum generum et specierum impugnationibus et impugnationum expeditionibus diligenter insistit, de quibus tale proponit inconveniens[5], quod disputatio generum et specierum omnino sit deponenda, quia genera et species nec sunt nec intelliguntur sane, idest non faciunt sanum intellectum. Probat de genere prius, quod non est, quia neque unum neque multa. Unum non est[6]: omne quod est, ideo est, quia unum est numero; sed genus non est unum numero; non est igitur unum. Sed quia aliquis assumptionem negare posset, ideo illam probat dicens, quod non

10 posita A_1 *cf. supra* 8^{10}, A_2 12 vel aliter A_2 14 idest *pon. L post* illa sit A_1 *supra* 8^{19} A_2 21 quod] quia *L* 30 proponit A_1 *30*^{34} A_2 proponens *L*

[1] *Cf. supra* p. 29 [19—20]. [2] *Cf. supra* p. 8 [17].

[3] *Cf. supra* p 9 [23]. [4] Boeth., *In Porph.* p. 164 [4].

[5] L. c., p. 163 [21]; *cf. supra* p. 30 [34].

[6] L. c., p. 162 [2]; *cf. supra* p. 31 [3].

est unum numero, quia neque unum commune est ut puteus [aut unum] | neque unum non commune. De uno non communi f. 19^r certum est, cum constet genus esse commune. Probandum est ergo, quod non sit unum commune. Omne enim unum commune aut per partes commune est, ut puteus, aut unum commune est per successionem temporum ita scilicet, quod transit in usus habentium et post in commune reducitur, aut in eodem tempore totum commune est, scilicet ita, quod non constituit eorum substantiam, quibus est commune, ut theatrum.

Genus vero secundum nullum illorum quattuor commune est. Non est igitur unum numero.

Neque multa, quia neque multa eiusdem naturae neque multa non eiusdem naturae. Sed constans est, quod non est multa non eiusdem naturae. Oportet igitur, quod sit multa eiusdem naturae, quod iterum falsum est. Si enim hoc esset, cum omnis multitudo talis uno genere claudatur, quod eas ut convenientes significet, [et] rursus illius genus erit similiter multitudo rerum convenientium et habebit genus supra se et illud aliud et ita usque in infinitum, quod est inconveniens. Non est igitur multa. Hoc ultimo argumento destruit Boethius sententiam ⟨quae dicit⟩ collectionem scilicet omnium substantiarum genus esse.

Ostenso priori inconvenienti, scilicet quod non sunt, probat aliud, scilicet quod non sane intelliguntur, hoc modo: Omnis intellectus habitus de aliqua re aliter quam res se habet, vanus et cassus est; et intellectus generum et specierum habetur de re aliqua aliter quam res se habet; non est igitur sanus. Ex his omnibus patet genera et species nec esse nec sane intelligi.

Hanc ultimam partem argumentationis solvit Boethius atque expedit, quia solutione indigebat, utpote sophistica. Aliam partem qua probat genera et species non esse, non determinat, quia determinatione non indiget[1], cum vera sit. Si enim utraque pars solutione indigeret et ipse alteram tantum solveret, irrationabiliter ageret.

Ne igitur Boethius pro stulto teneatur, dicimus hanc propositionem: genera et species non sunt, in proprio sensu veram esse hoc modo: aliquae subsistentiae non sunt genera et species; concedimus tamen, quod genus est existentia, quia est sonus. Conversam eius vero, scilicet quod aliquae subsistentiae sint genus, penitus denegamus, cum nulla essentia sit universalis, sicut superius ostensum est.

---

20 quae dicit A_2 *f.* 75^v 36 aliquando *L* 38 aliqua e subsistentia sit *L*

[1] *Cf. supra* p. 32 [2], A_2 f. 76^r.

Hanc vero partem quam probat, intellectus generum et specierum cassos esse, determinavit utpote sophisticam, cum argumentationis prima propositio sit vera et falsa. Vera est ita: Omnis intellectus habitus de re aliter, quam res se habet, idest f. 19v qui concipit rem | aliter quam sit, cassus est et vanus. Et in hoc sensu falsa est assumptio, cum intellectus generum et specierum non concipiant res aliter quam sunt. Falsa est eadem propositio ita: Omnis intellectus, habitus de re etc., idest omnis intellectus, qui habet alium modum in concipiendo quam res se habet in existendo[1], cassus est. In hoc sensu vera est assumptio. Quippe intellectus huius vocis corpus[2] habet alium modum in concipiendo quam corpus in existendo, quia iste intellectus concipit substantiam cum corporeitate tantum, ita scilicet, ut nullam aliam formam attendat, corpus vero cum illa forma tantum non existat. Similiter[3] cum aliquis loquens celeriter de eo qui lente currit, dicit eum currere, utique aliter dicit eum hoc facere quam ipse faciat, quia celeriter dicit quod ille celeriter non facit. Constat itaque intellectus universalium nec vanos nec cassos esse, etsi alium modum habeant in concipiendo quam res in existendo.

De quibus universalibus tria investiganda hoc loco occurrunt, de significatione scilicet et intellectu eorum, quam doctrinam faciant quamque commoda sit impositio eorum.

Solet[3] enim quaeri de significatione et intellectu istorum universalium nominum, quas res scilicet significare habeant. Nam cum audio hoc nomen ‚homo', quod pluribus commune est rebus, ad quas aequaliter se habet, quam rem in ipso intelligam, quaero. Quod<si> sicut oportet, respondebit, quod homo ipso intelligatur, sequitur [autem] quaestio, quomodo hoc verum sit, nisi hic homo vel alius intelligatur, cum scilicet omnis homo sit hic vel ille vel alius. Sic<ut> enim inquiunt: Cum homo sentitur, necesse est hunc vel illum sentiri eo quod omnis sit hic vel ille, <ita> et de intellectu ad similitudinem sensus ratiocinantur.

Praeterea homo nihil aliud sonat quam quidam homo. Unde et qui hominem intelligit, profecto quendam hominem intelligit, et ita hunc vel illum intelligit, quod penitus falsum apparet.

Ad quod respondendum arbitror, quod si recte ratiocinari volumus et singularum enuntiationum sensus diligenter attendere, nullum procedit inconveniens. Cum enim dicimus ‚homo

2 cum A_2 cuius *L*   28 si *Tract. de int.*, *om. L*

[1] *Cf. supra* p. 25[31—32]; *De intell.* p. 747[32]—748[3].
[2] *De intell.* p. 746[18—22].   [3] *Cf. Tract. de intell.* p. 750.

intelligitur' talis est sensus, quod aliquis per intellectum concipit humanam naturam. idest animal tale attendit. Inde si postmodum procedat ita: Sed omnis homo est hic vel alius, igitur concipit hunc vel alium, non recte procedit, immo ita potius dicendum esset: sed omnis intellectus intelligens hominem est intelligens hunc vel illum. Tunc quippe medius terminus servaretur et coniunctio terminorum extremorum per eum recte procederet. Sed falsa est assumptio.

Similiter cum dicitur: Ego desidero cappam, et omnis cappa est haec vel illa, non tamen sequitur, quod ego desidero hanc vel illam, sed ita diceretur: ego desidero cappam et omnis desiderans cappam est desiderans hanc vel illam; tunc equidem recte procederet.

Non[1] est itaque necesse, ut si hominem intelligam, ideo hunc vel illum intelligam, cum multi alii innumerabiles conceptus sint, in quibus humana excogitatur natura, sed indifferenter, absque ulla scilicet certitudine personae, sicut haec ipsa conceptio simplex huius nominis ‚homo' vel huius nominis ‚album' simpliciter. Qui tamen sani sunt, quia ⟨secundum⟩ eorum intellectus multa sane possunt deliberari. Sicut est intellectus ‚omnis', qui ad omnes homines pertinet, quia unumquemque secundum intellectum illius sane possumus deliberare et aliquid esse illius significare. Ut si dicam: Plato est homo, secundum intellectum praedicati nominis esse Platonis declaro et aperio. Unde illa vox praedicata a Boethio dignior pars propositionis dicitur a privilegio et declarativa, quia secundum intellectum eius quid unumquodque esse sit, declaratur, per totalem intellectum vero non secundum ipsum, quid unumquodque sit, cognoscitur, et ideo declaratio per illum et deliberatio dicitur fieri.

Ostensa utriusque, rerum scilicet et intellectuum significatione, quam doctrinam faciant, ostendamus.

Dicendum est igitur, quod omnes res discretae sunt oppositae numero, ut Socrates et Plato. Eaedem etiam sunt convenientes ex aliquo, ex eo scilicet quod sunt homines. Neque tamen ex socratitate vel platonitate neque ex aliqua re qua inter se participant, eos convenire dico et tamen ex aliquo convenire, idest aliquam convenientiam habere, ex eo scilicet, quod sunt homines. Ut si dico: volo aliquid, sed quae|renti: ‚quid vis?' f. 20v
optime respondebo: ‚aureum castrum', quia ubi dixi: ‚Volo ali-

18 hominis albi *Tract. de int.* nominis album *L*   30 De doctrina rerum et intellectuum *L in marg.*

[1] L. c., p. 751[9].

quid', aliquam voluntatem me dixi habere, et ubi ille dixit: ‚Quid vis', quam voluntatem haberem, quaesivit, et quaerenti eam determinavi. Et quoniam ita res inter se conveniunt et differunt ex necessitate, ad hanc doctrinam faciendam oportuit inveniri vocabula, quae res discretas determinarent et rerum convenientiam significarent. In his enim duobus, convenientia rerum videlicet et differentia assignanda, Platone teste perutilis et necessaria consistit doctrina.

Assignata eorum doctrina, quam sit commoda eorum impositio videamus. Non parum commodi universalium impositio contulit. Si enim omnibus hominibus adesse aliquid vel abesse ostendere velimus, per particularia nomina hoc facere non possumus, tum propter inconstantiam, cum modo habent substantiam, modo non, tum propter eorum infinitatem, quia de infinitis teste Platone nulla certa habetur doctrina. Oportuit igitur universalia inveniri, ut facerent, quod singula facere non poterant.

Quod vero de superfluitate impositionis universalium nominum opponunt, ne doctrinam facere videantur, sed potius confusionem, cum nulla res teste Boethio per universale nomen attendatur — quoties enim sine determinatione vox illa dicitur, facit dubitationem intellectus etc. — nihil valet. Quamvis universalia sint, tamen doctrinam faciunt et certitudinem, licet omnem dubitationem, quae animo ingeri potest, ab auditore non abstrahant sicut nec singularia. Cum enim dico: Socrates currit, qualiter vel quantum currit, non ostendo. Sic etiam cum dico: homo currit, naturam humanam, quam ipse ignorabat, ostendo, licet quis homo, non insinuet nec omnes dubitationes abstraham quas habet.

Quod enim dicit Boethius[1]: Auditor non habet quid rationabiliter intelligat hac voce prolata homo, verum vel falsum est. Si enim ita intelligat, ut ostendatur quaestio de substantia nominis, ita scilicet: nulla res est de qua intellectum habeat, verum est. Si autem de substantia verbi hoc modo: nullum intellectum habet, falsum est, sicut haec quaestio: quid intelligis, quid scis, de substantia nominis est hoc modo: quae res est de qua voluntatem habes, et secundum hoc oportet, ut certa persona respondeatur, de qua intellectum habet. De substantia verbi

21 sine] sui *L*

[1] Boeth., *Lib. de div.* p. 889 B: Nisi enim quis ita diffiniat dicens: Omnis homo ambulat, aut certe quidam homo ambulat, et hoc nomine si ita contingit designet, intellectus audientis quod rationabiliter intelligat, non habet.

ita: quem intellectum habes? Similiter ‚quid vis' hos duos sensus habet: ‚quae res est de qua voluntatem habes', vel: ‚quam voluntatem | habes'. Quod autem haec quaestio: quid vis, hunc sensum f. 21r habeat: quam voluntatem habes, apparet ex eo quod nullo aureo castro permanente vere respondeo: aureum castrum volo, idest talem voluntatem habeo. Similiter ad ‚quid intelligis' vere respondetur: chimaeram intelligo, etsi chimaera nihil sit. Cum igitur chimaeram intelligo, etsi nulla res sit, quam intelligam, aliquid tamen intelligo.

De genere.

Littera praetermissa quae satis in Glossulis exponitur, ad descriptionem generis nos transferamus, quae talis est: Praedicabile de pluribus differentibus specie in eo quid est.

Tres differentias ponit[1]: praedicari scilicet de pluribus, praedicari de differentibus specie, praedicari in eo quid est. Quod vero Porphyrius dicit praedicari de pluribus, declarat diligentius Aristoteles in Praedicamentis[2], cum ait: quod aptum natum est praedicari de pluribus. Quae est descriptio universalis, quae sic exponenda est[3]: universale est, quod in significatione simplex <et> in voce est aptum, idest aptitudinem habet, scilicet convenientiam rerum de nominibus, quorum veraciter habeat praedicari. Per quod excluditur phoenix et cetera huiusmodi, quae res plures non continent. Natum est praedicari, idest veraciter coniungi.

Praedicari autem duobus modis dicitur, scilicet pro coniungi quoquo modo, et secundum hoc omnis categorica propositio habere praedicatum dicitur; et pro coniungi veraciter. Et in hoc sensu in diffinitione universalis ponitur, per quod excluditur chimaera et cetera huiusmodi nomina.

Sed quia coniunctio vocis diversis modis fit — aliquando enim coniungitur per aliquam coniunctionem propositio propositioni, ut: si est homo, est animal, aliquando dictio dictioni, ut: Socrates et Plato, aliquando per verba, ut: Socrates videt hominem, aliquando sine coniunctione, ut: homo albus — intelligenda est vi verbi substantivi praesentis, per quod excluduntur hae iuncturae vocis: ‚Socrates videt hominem' et cetera huiusmodi. Sed quia hoc habet rosa, licet nulla rosa sit, quia verum est: hoc corpus fuit rosa, intelligenda est <vi> substantivi verbi praesentis. Et quia hoc habet ‚Socratem esse hominem', intelligendum est etiam: indicativi. Sed quia hoc habet possibile et necessarium, quia verum est ‚Socratem legere est possibile', addendum: personaliter, idest ita, ut in illa coniunctione innuatur res subiecti esse res praedicati.

Nota quod magister noster possibile et necessarium concedit universalia, quia praedicatur de pluribus. Dicendum est universale illud, quod est aptum natum praedicari, idest

---

4.5 de p. d. s. *L* 10 pluribus] s. *L* 12 et A_2 27 vis *L* 30 vi A_2

[1] *Cf. supra* p. 35[33].

[2] Boeth., *In Cat. Arist.* p. 170 B. 318 D. [3] *Cf. supra* p. 36[5].

veraciter coniungi, vi substantivi verbi praesentis indicativi personaliter. Sed quia hoc habent individua, additur: de pluribus, idest de vocabulis res diversas numero significantibus, per quod excluditur hic albus et hoc veniens et haec pars et hoc totum ⟨quod⟩ de Socrate praedicatur.

Littera ista sic solet intelligi: de differentibus numero, idest vocabulis | rerum numero differentium. Et secundum ⟨hoc⟩ haec [f. 21v] sessio non includitur ibi, quia haec sessio et haec sessio, de quibus praedicatur sessio, non sunt vocabula rerum numero differentium, cum haec sessio et haec sessio non sint res. Sed si hoc modo intelligatur: de vocabulis differentibus numero, bene ibi includitur, quia haec sessio et haec sessio sunt vocabula differentia numero. Omnia illa enim vocabula differunt numero, quorum omnium res sic sunt diversae, quod una non est alia nec aliquid unius est alterius aliquid. Quod huic sessioni convenit, quia haec sessio et haec sessio est res huius vocabuli sessio; non tamen est ⟨illa sessio⟩ haec sessio et haec non illa nec aliquid unius est aliquid alterius.

Si autem *opponatur* de domo, quod de omnibus partibus suis praedicetur, similiter nihil ⟨est⟩, cum hic praedicari singillatim ad unumquodque de pluribus referatur, quod domus non habet ad suas partes.

Sed quia hoc convenit speciebus specialissimis et eorum propriis, additur: de differentibus, idest de suppositis nominibus diversis speciebus. Nominum sicut et rerum quaedam *differunt numero*, quaedam *specie*, quaedam vero *genere*. Illa vero differunt *numero*, quae diversa numero significant, idest talia quae tota quantitate suae essentiae discreta sunt, ut nihil unius sit alterius. Illa vero nomina differunt *specie*, quae sunt diversae species vel sub diversis speciebus continentur, idest quae apta sunt ad supponendum illis, etsi specialissima non sint inventa, res tamen differentes specie dicuntur, quia idest quae apta sunt ad supponendum illis, etsi specialissima hoc modo, quia habent illos status ex quibus diversae species possunt poni. Omnia vero differre *genere* dicuntur, quae sunt diversa genera vel diversis generibus supposita. Res autem genere differre dicuntur, quae naturaliter sub diversis continentur generibus. Unde verum est: Quaecumque differunt genere, differunt specie, et quaecumque specie, differunt numero.

Quod tamen falsum videtur, cum haec manus, quae Socratis est, et Socrates differant specie, non tamen numero, cum alterum

---

20 est A_2

sit de altero. Et notandum est, quod quando dicimus: quaecumque differunt genere, et specie etc., plura accepimus quantum ad numerum. Unde haec manus Socratis et Socrates non plura, cum numerus in eis multiplicari non valeat[1].

f. 22r Verum est igitur: quaecumque sunt di|versa numero, differunt specie et numero, sed non econverso. Vel potest dici, quod manus Socratis et Socrates sunt res diversae numero secundum Boethium[2], cum largius diversa numero accipiat, quam superius acceptum sit. Dicit enim diversa esse numero, quorum unum non est aliud.

Sed quia hoc habent differentiae quaedam et accidentia, additur: in eo quod quid est, per quod excluditur corporeum et ceterae differentiae et communia accidentia.

Cuius quaestionis est proprius sensus, si de rebus accipiatur vel exponatur: Cuius generalis status vel specialis est? Quid enim est, hoc nomen, proprie quaerit de generali statu vel speciali, sicut quis et quae et quod proprie de persona.

Si quis vero dicat hoc nomen ‚corporeum‘ praedicari in quid secundum illam sententiam, qua conceditur esse eiusdem significationis cum hoc nomine ‚corpus‘, fallitur. Haec enim quaestio ex propria significatione et institutione sua est petitiva generalis nominis vel specialis et propter hoc, scilicet ut respondeatur genus vel species vel ipsorum diffinitio, semper fieri debet, licet in ea non agatur de nominibus ipsis, sed de rebus a nominibus appellatis. Quamvis enim per quaestionem de rebus agatur, tamen de cohaerentia nominum manere dubitatur. Et ideo debet exponi in nominibus et est ratio quare. Nam si exponatur in rebus, ut superius dixi, ut ita dicatur: quid est, idest cuius generalis vel specialis status est res, aliquando non comprehenditur albedo et sessio, quia non sunt res. Nam res proprie dicimus subsistentias. Quare ut melius dicatur, dicendum est ita: homo quid est, idest cui generali vel speciali vocabulo supponitur hoc nomen homo?

Si vero opponat quis, quod secundum hunc sensum convenienter diffinitio responderi potest, cum solummodo videatur esse petitiva generalis vel specialis status, fallitur. Quicumque enim ostendit aliquid alicui diffinitioni esse suppositum, aperte insinuat idem nomen suppositum esse generi vel speciei, cuius diffinitio, cum quidquid sit suppositum diffinitioni, et diffinito.

Nota, quia per illud ‚quod‘ praemissum in diffinitione exclu-

[1] Abael., *Theol. christ.* L. III. PL 178, 1248 A, *cf.* 1250 B.

[2] Boeth., *In Porph.* p. 190 sqq.

duntur aequivoca et orationes et sic diffinitiones. Si enim diffinitiones genera esse dicamus, fallimur, cum Boethius[1] dicat animal esse ultimum genus, cum animal rationale, quod post animal est, genus esset, nisi per ‚quod‘ excluderetur, ut sit sensus diffinitionis: genus est illud quod unum in significatione et simplex in voce praedicatur etc.

Nota, | quod voces sunt aemulae rerum. Ut enim primo loco f. 22v substituitur substantia accidentibus, sic nomen significans substantiam primo loco in constitutione ponitur et nomen adiectivum ei additur, ut homo albus, et sic in verbo: currit celeriter.

Unde quaestio alia de substantia nominis, alia de qualitate; alia de substantia verbi, alia de qualitate. De substantia nominis est, per quam quaeritur demonstrari, quid significetur a subiecto, ut: quid est Socrates, idest quae res est Socrates vel aliud. Et de qualitate, per quam quaeritur nomen responderi significatione adiectivi determinans, ut: qualis est ille? albus. Et de substantia verbi, per quam quaeritur responderi aliquid per quod verbi [est] substantia, idest significatio, demonstretur, ut: quid agit Socrates? legit. Quae quaestio potest esse de substantia tam verbi quam de substantia nominis. Si enim dicatur: quid agit Socrates, idest [in] quam actionem habet, est de substantia verbi. Si autem dicatur: quid agit Socrates, idest quam rem agit, de substantia nominis est. Et de qualitate verbi videtur illa esse, quae petit sibi responderi illud per quod determinatur qualitas verbi, ut: qualiter currit? celeriter. Et harum aliae sunt naturales, idest per quas natura petitur demonstrari, ut: quid est homo, aliae personales, ut illae, per quas quaeritur persona distingui a ceteris, ut: quis est in domo? Socrates. Quae quandoque fit de proprietate occulta et ficta, idest quae sensu non potest percipi qualitate extrinseca et natura cognita, ut: ‚quis pater ille virum‘ etc. Et cum dicitur: ‚quis natat in mari‘, ‚quis‘ ponitur pro ‚quid‘.

Et attende, quia ordo servandus est in responsione harum quaestionum, quia quaevis significat idem: quid videt Socrates et quid videtur a Socrate; tamen idem non est respondendum. Uni enim est respondendum: ‚hominem‘ vel aliquid tale, alii vero: ‚homo vel aliquid tale a Socrate videtur‘.

Et ita hoc nomen ‚quid‘ diversis adiunctum diversas habet quaestiones facere, inter quas istae sunt praecipue tres: Una

8 substituuntur *L*

[1] Boeth., *Lib. de div.* p. 884 C.

scilicet stricta, secundum quam hic accipitur genus praedicari in quid, idest ad istam interrogationem: quid est, idest ,quid' quaerit de generali vel speciali statu, idest quaerit, ut ostendatur, quid sit aliquid per generale vel speciale nomen. A l i a est, quae quaerit de re, ut ista: quid est risibile, idest ,quid' quaerit de esse rei, per quod esse differt a ceteris rebus. T e r t i a est de significatione, ut cum dicitur: quid est genus, quid species, idest quid significet genus, hoc nomen, vel species, sicuti
f. 23r idem est, ut cum | ⟨dicitur⟩ homo currit, idest homo habet cursum . . . Quid est: ,Dixit dominus domino meo' etc., idest significat haec oratio? Et ita per ,quid est' quandoque quaeritur de significatione.

Amplius de hac quaestione ,quid est' quidam quaerunt, quomodo debeat exponi. Quae ita exponitur in rebus: quid est homo, idest quid necesse est hanc rem esse ad hoc quod homo, idest quid exigit ad suum esse?

Ad hoc q u i d a m o p p o n u n t dicentes, quod nihil valet haec oppositio eo quod praecessivam quaestionem potest dinosci: quid exigat ad suum esse. Quaestio autem quae praecedit, haec est: an sit homo, quae cum manifesta sit, manifestum est certe, quid sit homo, et cum scitur quid sit homo, scitur quid sit animal rationale mortale. Postquam autem scitur, quid est animal rationale mortale, satis liquet, quid sit homo et quid ad suum esse exigat. Et quia haec quaestio satis declarat illud, superflua videtur esse expositio haec quae idem dicit.

Alia etiam de causa nihil valet i n r e b u s haec expositio. Nam cum dicitur: quid est homo, respondeatur: animal rationale mortale. Et ideo male respondetur, quia idem poscitur in responsione quod in inquisitione. Idem enim est homo quod ,animal rationale mortale', et ideo quia idem est, non debet exponi in responsione, quia non magis certificatur quaerens per illud, et sic non fieret bona responsio ad hanc quaestionem: quid est homo, si respondeatur homo, eo quod idem respondetur. Similiter in rebus non est bona responsio ,animal rationale mortale' ad hanc quaestionem: quid est homo, eo quod idem est ,animal rationale mortale' et homo.

Sed si exponatur haec quaestio i n n o m i n i b u s, bene poterit responderi ,animal rationale mortale' et etiam antropos, sicut ad hanc quaestionem: quid est mucro, respondetur: gladius. Sed in rebus non ita posset, cum idem sit mucro et gladius. Quomodo haec quaestio debeat exponi in nominibus, videamus. Ita enim est exponenda: quid est homo, idest peto,

10 *Post* cursum *lacuna in L*   dicit *L*

ut respondeatur tale vocabulum mihi, per quod sim certus de isto vocabulo homo et ideo non debet responderi homo, quia non est tale vocabulum, quod expellat dubitationem ab hoc vocabulo, quia idem vocabulum est.

Et sciendum, quia aliter in diffinitionibus rerum et aliter in | (f. 23v) diffinitionibus nominum. Nam in diffinitionibus ⟨rerum⟩ datur convenientia et differentia secundum essentiam, ut in hac diffinitione ‚animal rationale mortale' datur convenientia per hoc nomen ‚animal' essentialiter. Nam participatione huius nominis omnia alia conveniunt, et ita per hanc diffinitionem datur convenientia secundum essentiam. Et aliter est in diffinitionibus nominum. Nam in illis diffinitio per essentiam non potest assignari, eo quod eandem vocem habens contingit esse nomen et verbum. Nam canis quod est nomen, potest esse verbum similiter. Unde potest bene dici: nomen est vox significativa ad placitum etc., idest id quod nomen est, et econverso verbum est vox signaficativa ad placitum etc., idest id quod verbum est. Unde si aliquis velit inferre: ergo nomen est verbum et verbum est nomen, non sequitur, quia in ea significatione, qua est nomen, ⟨non⟩ est verbum. Quare cum dicitur: nomen est vox significativa ad placitum etc. sine tempore, oportet apponi: et in eadem significatione.

Contra sophisticas importunitates hoc idem oportet apponi in diffinitione generis, ut ita dicatur: genus est quod praedicatur de pluribus differentibus specie in eo quid sit, idest illud est genus, quod est coniungibile pluribus ad veram enuntiationem reddendam vi verbi substantivi praesentis in eadem significatione.

Quare cum dico: genus est quod praedicatur de pluribus etc., ⟨quaero⟩, si illud ‚quod' sit de diffinitione generis. Si dicis, quia est, probatur inconveniens, hoc scilicet, quod vox est genus, hoc modo: Nam possum dicere: vox est quod praedicatur de pluribus etc. Vox enim est illud quod ita praedicatur, quia hoc nomen genus est genus. Quare dicendum est, quia illud non est de diffinitione, sed appositum est ad perfectionem constructionis faciendam, sicut cum dico: creatura est id quod est creatum a deo, scilicet ‚id quod est creatum a deo' non ⟨est⟩ de diffinitione, sed ‚esse creatum a deo'. Si enim dicerem, quod hoc esset diffinitio creaturae, tunc posset inferri: ergo statua est creatura, quia ipsa est, quod est creatum a deo, scilicet aes.

Quocirca ut haec inconvenientia et multa alia vitemus, dicendum est, quia nec in hac diffinitione nec in illa illud ‚quod' est de diffinitione, sed in utraque constructionis est perfectivum. Vel aliter bene potest ⟨esse⟩ de diffinitione, si in subiecto ponatur ita: ‚quod praedicatur | (f. 24r) sic' est genus.

Sic exponitur tota diffinitio generis. Sed ut breviter r e c a p i t u l e n t u r omnes differentiae huius diffinitionis, quas in constitutione eius posuimus, revolvendum est a capite, ut ita dicatur: universale sive genus est illud quod praedicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quid est, idest illud nomen est universale sive genus, quod est c o n i u n g i b i l e p l u r i b u s n o m i n i b u s i n e a d e m s i g n i f i c a t i o n e a d v e r a m e n u n t i a t i o n e m f a c i e n d a m v i v e r b i s u b s t a n t i v i p r a e s e n t i s p e r s o n a l i t e r.

Nota, quod ad esse universale non est necesse aliquas esse res de nominibus, quarum praedicetur, cum assignet universalia tam in nominibus existentium quam non existentium. Dicit enim quod convenit omni substantiae non esse in subiecto. Per quod innuit esse universale non esse in subiecto, et ,non laborat' et possibile et impossibile et praeteritum et futurum, quibus contingit, ut praedicentur de quibusdam, in quibus non possunt dividi. Non enim potest dici aliud crastina, aliud postcrastinum, sicut color praedicatur de hac albedine et de illa in quae non dividitur. Si enim diceretur pars orationis alia hoc nomen ,homo', alia hoc nomen ,lapis', falsum esset, quia ,alia', ibi positum, non potest esse nisi ad manerias. Econtrario verum est, quod ,diligit se' dividitur in aliqua, ut cum dico: diligens se alius Socrates, alius Plato, de quibus non potest praedicari, quia non convenit eis in eadem significatione. Quare etiam si eandem significationem retineat et <in> divisione et in subiectione, cum dico: ,diligens se est Socrates' et ,quod diligit se, est Socrates' et ,id quod diligit se, est Socrates'.

Unde quia non est praemissum, unde variet suam significationem, tamen quia nec ex significatione nec ex subiectione est universale, sed ex sola praedicatione, quia in praedicato positum ex singulis praemissis variat suam significationem, non est universale. Sic nec causa nec perpetuum et similia. Unde cum dicitur ,omnis homo diligit se', non praedicatur universale, sed individuum. Nec etiam praedicatur universaliter de specie, quia nihil dicitur universaliter praedicari de specie nisi in ea vi, pro qua verum est aliquid praedicari universaliter, idest in ea vi, in qua praedicatur de singulis individuis. Et nota, quod illa regula sic est intelligenda, scilicet quidquid de specie universaliter et de individuis, idest omnis illa argumentatio, quae vera est in praedicatum de specie, praedicatur de individuis.

21 esse] vere *L* 33 dicitur cum *L*

De specie.

Nunc autem pertractata generis diffinitione pertractanda | est speciei diffinitio. f. 24v

Sed prius de specie pauca dicamus. Ait enim Boethius[1] quia in tractatu speciei duae obiectiones fiunt. Quarum una haec est, quare Porphyrius de specie post genus <tractet> et non de differentia, cum in illorum quinque enumeratione differentiam praeposuerit speciei, cum etiam in communitatibus prius tractetur de differentia quam de specie.

Alia obiectio est, quod superfluus videtur esse tractatus speciei, cum in tractatu generis satis ostendat, quid sit species, ubi dicit[2]: genus est quod praedicatur de pluribus et differentibus specie. Et alibi in tractatu eodem generis[3]: genus quidem est ut animal, species vero ut homo etc., in quo ostendit satis, quid sit species.

Quas quaestiones solvit ipse Boethius dicens, quod ideo tractat Porphyrius de specie post genus, quia sunt quasi relativa et utrorumque diffinitionibus oportet uti <in> utrisque. Nam prior tractatus generis ad naturam generis ostendendam per se non sufficit, cum quid sit species, non sufficienter assignet ‚per quam genus cognoscitur'. Similiter tractatus speciei non sufficit per se ad naturam speciei ostendendam, cum quid sit genus, non assignet ‚per quod species cognoscitur'. Merito ergo subiungitur tractatus speciei tractatui generis, ut illi duo compleant, quod neuter per se poterat. Hinc per has orationes: ‚habens patrem' et ‚habens filium' cognoscitur pater et filius, neuter tamen illorum cognoscitur per alterum, sed per utrumque utriusque natura diligenter aperitur et ideo in utroque ratione oportet uti utriusque.

Vel secundum quosdam unus continuus generis et speciei sit tractatus, idest tractatus generis et speciei non divisi. Quod apparet ex hoc quod ista littera ‚species quid' etc. praedictis continetur et quod etiam post assignatas speciei multas proprietates multas et generis exsequitur, ubi ostendit, quid sit subalternum genus et generalissimum[4].

Et sciendum, quod huius vocabuli ‚species' diversae sunt significationes. Species enim hoc vocabulum signi-

---

2 pertracta *L* 10 superfluis *L* 20 sufficienter] sū *L* 23 assignetur *L* assignet A_2 24 illa *L* 25 quorum *L* poterant *L*

1 Boeth., *In Porph.*, p. 198[10]. 2 *L. c.*, p. 180[1]. 3 *L. c.*, p. 183[11]. 4 *L. c.*, p. 205[12].

ficat maneriam, significat compositionem, idest formam ex naturali membrorum compositione procedentem, significat iterum physicam speciem, quae scilicet supponitur generi. significat quoque subtilem speciem. Subtilem vero speciem vocat Boethius[1] humanitatem. Ideo subtilem vocat, quia cum aliae formae aliquantulum distinguantur per sensum, f. 27r ut albedo per visum, oratio per au|ditum, sola humanitas non venit ad sensum, sed sola ratione distinguitur.

Item sciendum est, quod genus vel species non sunt relativa, sed quasi relativa. Proprie enim sunt nomina relativa, quae ex relationibus conveniunt, non tantum ex habitudinibus, sicut haec nomina ‚genus' et ‚species', et quorum unum non est prius altero et si unum non est, alterum non est. Quam cito enim pater, et habet filium, et quam cito est filius, et habet patrem. Sed in genere et in specie non est ita. Nam genus prius est specie eo quod in constitutione speciei ponitur et species potest esse absque genere. Nam ad hoc quod sit, non exigit, nisi quod sint aliqua numero differentia de nominibus, quorum praedicetur.

Sed si aliquis opponat: hoc nomen ‚filius' similiter posset esse, etsi numquam fuisset hoc nomen ‚pater', falsum est, quia hoc nomen ‚pater' et hoc nomen ‚filius' data sunt ex relatione, idest semper debent referri ad aliud.

Sed quamvis genus et species non sunt relativa, tamen significatio unius pendet ex significatione alterius, et si nescitur significatio unius, ignoratur significatio alterius, sicut si ignoretur quid sit lux, ignorabitur, quid sint tenebrae. Non tamen relativa, cum alterum sine altero esse possit; quippe existentibus rebus unius speciei, et ipsa species est praedicabilis, et cum non sit genus, praedicatur de differentibus specie, quia non reperiuntur differentia specie, sed differentia numero solo.

Consideratis quaestionibus quae erant quasi gradus ad speciei diffinitionem pertractandam, ostendendum est, quid sit speciei diffinitio. Itaque sciendum est plures speciei Boeth. p. 199[16] diffinitiones esse, ut placet Porphyrio. Quarum una haec est: *species est quae sub assignato*, quae sic debet exponi: illud est species, scilicet quod est sub genere, idest continetur sub genere, hoc est de qua praedicatur genus ut de suo contento. Genere dico *assignato*, idest de qua mentio fit sive assignatio

---

15 Sed] et *L*   32 quaestionibus] quibus *L*

[1] Boeth., *l. c.*, p. 200^{7-8}, non dicit ‚subtilis species', sed ‚substantialis formae species'. *Sed cf.* Joh. Saresber, *Metal.* ed. Webb, p. 121^{11}.

in tractatu generis. Sed quia opponitur de individuis, quod et ipsa continentur sub genere, ideo est addendum: proxime, idest affine. Nam species proximiores sunt generi quam individua eo quod species continent sub se plures res de nominibus, quarum habeant praedicari, sicut genera; sed individua hoc non habent, quia continentiam plurium non habent. Quare non dicuntur contineri sub genere nisi improprie. | f. 27v

Istae determinationes sufficiunt ad expositionem alterius diffinitionis, quae est: ‚Species est de qua genus praedicatur in eo quod quid sit', et haec diffinitio eadem est cum prima. (Boeth. p. 201[13]) Et potest dici, quod non sunt diffinitiones, sed quaedam <specierum> non specialissimarum proprietates. Porphyrius tamen vocat diffinitiones substantiales differentias, quae non sunt diffinitiones, ut in tractatu differentiae[1] quasdam dicit diffinitiones differentiae substantialis, quae non sunt diffinitiones illius, et hoc secundum opinionem antiquorum, qui eas dictaverunt diffinitiones, iuxta quorum opinionem in hoc opere de his quinque agit, sicut ipse in prologo insinuat dicens: Quemadmodum antiqui de his tractaverunt etc.

Ad ultimum diffinitionem specialissimae speciei ponit, quae talis est: Species est quae vel quod praedicatur de pluribus etc. (Boeth. p. 203[12]) Per ‚praedicatur de pluribus' excluduntur individua. Sed quia hoc habet genus, addendum est: ‚solo numero', idest ita de differentibus numero, quod non de differentibus specie. Quod generi non convenit. Et quia hoc habet proprium ipsius speciei, additur: in eo quod quid est.

Nota quod praedicari de pluribus idem dicit, quod praedicari de differentibus numero; quare superfluum est post illud, nisi subintelligatur ‚tantum' vel ‚solo'.

Sunt tamen qui dicunt, quod nec de uno solo praedicantur individua; sed haec dicunt contra auctoritatem Porphyrii dicentis per praedicari de pluribus genus differre ab individuis. Nam nisi individua praedicarentur, nequaquam hoc dixisset. Nam si genus praedicatur de pluribus quam individuum, oportet, ut individuum praedicetur. Nam praedicari de pluribus ponitur ibi comparate, veluti <ad> faciendam comparationem inter duos dicimus: iste est albior illo; oportet enim, ut ambo sint albi. Nam inter album et non album talis comparatio non potest fieri.

Dicunt quidam esse frivolum, quod in hac diffinitione debet addi ‚solo' vel ‚tantum'. Nam cum dicitur: Genus est quod

1 opponuntur *L* 4 continentur *L* 29 tantum] tamen *L* 31 scilicet haec dicentes *L*

[1] *L. c.*, p. 262[4] sqq.

praedicatur de pluribus, idest intelligitur de differentibus numero. Sed quia hoc non erat propria sua praedicatio, ideo additum est: differentibus specie. Similiter cum dicitur: Species f. 26r est quod | praedicatur de pluribus, inde ‚pluribus' intelligitur de differentibus numero; sed ut ostendatur, quod non praedicatur nisi de istis, ideo additum est: de differentibus numero.

Sed si opponatur, quod unum superfluit post aliud, cum intelligatur: nihil est. Nam etsi intelligatur, non superflue apponitur. Licet enim omnis presbyter sit diaconus, cum in presbytero intelligatur diaconus, tamen potest dici de aliquo presbytero: est diaconus, et de aliquo quod est presbyter et diaconus, idest aliquando exercens officium presbyteri, aliquando diaconi.

Opponit Boethius[1] de sole et phoenice, quibus haec diffinitio non convenit, solvens postea duobus modis. Primum dicens diffinitionem datam ⟨esse⟩ secundum maiorem partem specierum, secundo dicens phoenicem esse praedicabilem de pluribus in natura, ⟨idest⟩ ex tali causa datam, ex qua pluribus per praedicationem adaptari possit, licet illam aptitudinem ex subiectis rebus ⟨non⟩ contrahat. Et similiter secundum eum sol, mundus, terra sunt species eo quod in natura res habent illum statum, unde praedicarentur de pluribus, si plura essent.

Et magister Vasletus dicit, quia neque phoenix neque sol nec mundus nec terra sunt species, sed individua eo quod non sunt praedicabilia de pluribus, idest non apta coniungi pluribus ad veram enuntiationem reddendam. Non affert illos qui dicunt, quod praedicari ⟨de pluribus⟩ in materia sit praedicari.

Quod autem phoenix magis debeat dici species quam individuum, plures auctoritates confirmare videntur. Una scilicet quod unaquaeque substantia participat una specie, sed pluribus accidentibus. Sed phoenix est substantia. Quare oportet, ut una specie participet. Per quod volunt habere, quod phoenix sit species.

Rursus quod ait: Omne ante individua speciem esse; quippe phoenix praeest huic phoenici, quod est individuum, et ita phoenix est species.

Rursus cum phoenix sit animal, substantialiter differt a ceteris animalibus, et differentias aliud facientes vocat Porphyrius specificas, quia speciales status faciunt. Oportet itaque differentiam, quae eum aliud facit, esse specificam, et ita speciem facere. Et sic vel phoenicem vel aliam; sed aliam non, ergo phoenicem. Et ita phoenix est species.

15 esse A_1 17 idest A_2 19 non A_2 36 differentes *L* 39 eam *L*

[1] *L. c.*, p. 215 [3].

Cui sententiae etiam videtur consentire, quod Boethius dicit super Porphyrium[1] speciem uno individuo esse contentam, cum postmodum[2] | dicat genus non esse contentum una f. 26v specie.

Illud etiam astruere videtur, quod phoenix sit species, quod Boethius dicit in Divisionibus[3] omne genus sufficienter dividi in duas species. Avis igitur cum genus ‹est›, per duas sibi proximas species dividi potest, sed quia nominibus caremus, ponamus illa nomina b c etc. Phoenix itaque cum eis erit in divisione vel sub aliquo illorum ponetur. Sed si cum eis ponatur, iam divisio illa non erit sufficiens per illa duo. Quodsi sub aliquo illorum continetur, illud quod continebit merulam vel corvum cum phoenice, vel erit species specialissima vel genus. Sed species specialissima esse non potest, quia habet speciem sub se, nec genus est, cum non habeat duas proximas species sibi, quibus sufficienter dividatur, nisi phoenix sit species. Unde species dici debet etiam, cum ipse Porphyrius in sequentibus dicat semper genus in plures species dividi.

Rursus species esse videtur ex eo quod ait Porphyrius[4]: Substantia alia prima, alia secunda. Vel haec divisio ‹non› sufficiens erit vel sub altero dividentium continebitur. Sed prima substantia esse non potest, cum hoc aliquid, idest rem suam, discrete non significet. Erit igitur secunda substantia et sic genus vel species.

Solutio primi argumenti: Quod Porphyrius dicit unamquamque substantiam etc., negative intelligendum est hoc modo: substantia ‹non› pluribus speciebus specialissimis participat, pluribus vero accidentibus.

Rursus quod dictum est, differentias facientes aliud specificas esse, tale est, ac si dicat: facientes specialem statum, quod differentiae phoenicis convenit, cum phoenix specialem statum significet. Vel potest dici, quod haec est etimologia nominis ‚specifica', quod aliquando excedit, aliquando exceditur.

Quod vero Boethius ‹dicit› speciem esse contentam uno individuo et genus non, alterum per opinionem oportet eum dicere, alterum secundum rei veritatem. Secundum rei veritatem est dictum, quod genus non est contentum una specie: secundum opinionem vero dictum est de specie, quod est contenta uno individuo, quia opinabantur quidam, quod posset esse in natura,

7 est A_2 14 habeat A_2 habet *L* 17 etiam A_2 et *L* 18 genus A_2 speciem *L* 26 intelligenda *L*

1 *L. c.*, p. 215[2]. 2 *L. c.*, p. 218[illegible]. 3 Boeth., *De divis.* PL 64, 883 C.
4 ‚Aristoteles' legendum esse videtur. *cf.* PL 64, 181 D.

quod species esset contenta uno individuo, quod falsum est. Nam similiter posset esse genus contentum una specie in natura. Ne igitur B o e t h i u m stultum faciamus, oportet, quod dicamus eum dixisse speciem esse contentam uno individuo secundum eos qui duobus modis universale et particulare accipiebant, scilicet quantum ad naturam et quantum ad actum continentiae iuxta opinionem eorum qui dicunt omne genus per duas species f. 25r sibi proximas posse dividi sufficienter, cum | in praedicamento ‚ad aliquid' subalterna genera non possint esse[1].

Vel potest dici, quod cum B o e t h i u s dicat omne genus posse dividi per proximas duas species, tale est, ac si dicatur: in duos proximos status speciales, quod bene competit universali, quod solummodo phoenicem et merulam continet, cum phoenix sit specialis status.

Quod autem P o r p h y r i u s dicit omne quod est proximum ante individuum specialissimum est, nil obest, cum phoenix ante individuum et non ante individua proximum sit.

De u l t i m a q u a e s t i o n e restat, scilicet: Substantia alia prima, alia secunda, sed phoenix non est prima substantia, scilicet quia hoc aliquid non significat.

A d q u o d d i c e n d u m e s t, quod ideo non removet, quod phoenix non sit prima substantia. Nam hoc, scilicet significare hoc aliquid, non est diffinitio primae substantiae.

Vel aliter secundum P o r p h y r i u m bene convenit, quod sit individuum. Nam P o r p h y r i u s vocat individuum quod habet continentiam unius solius rei, sicuti phoenix. Sed A r i s t o t e l e s aliter accepit individuum, scilicet secundum continentiam unius rei tantum et significationem unius rei discretae, scilicet secundum hoc quod hoc aliquid significat. Et ita haec auctoritas non iuvat ad hoc quod phoenix sit species.

Quod autem ⟨nec⟩ phoenix nec aliud universale dicatur in natura, plane ostendit P o r p h y r i u s[2]: Sophronici filius esset individuum, si solus Socrates sit ei filius. Nam si vellet, quod universalia dicerentur in natura, non dixisset, quod Sophronici filius esset individuum, si solus Socrates sit ei filius, cum in natura bene posset esse, quod esset universale. Sed quia ad naturam rei non respexit, sed ad continentiam unius rei, ideo ⟨dixit⟩, quod est individuum. Si enim quantum ad naturam genera et species dicerentur, homo genus dici posset, cum in natura praedicabilis sit de pluribus differentibus specie in quid; quippe plura animalia creari possint, quibus tota diffinitio

6 actum A_2 hacptum *L* 20 haec ad aliquid *L*

[1] *cf. supra*, p. 47 [33]. [2] B o e t h., *In Porph.*, p. 231 [18].

hominis conveniret et quibusdam de illorum numero quaedam substantialis differentia adveniret, secundum quam a ceteris habentibus substantialiter differrent, et de omnibus hoc nomen ‚homo' praedicabile esset in natura, sicut phoenix.

Non igitur est in tanta veritate, ut phoenix sit species, quod tam *Boethius* quam *Porphyrius* asserit. Species tamen dicitur secundum opinionem eorum, quos *Boethius* sequitur, ubi dicit: data est secundum maiorem partem. Nulla igitur inter eos contrarietas, cum illud *Porphyrius* secundum rei veritatem asserat et *Boethius* aliud secundum opinionem aliorum, non secundum se astruat. | f. 25v

Quaeritur[1], *an homo compositus ex anima et corpore sit corporea substantia an incorporea*[2]. Si est incorporea, tunc est spiritus, et si est corporea, tunc est corpus.

Ad quod *quidam dicunt*, quod corporeum est et non est corpus, ut scilicet corporeum sit vel corpus vel compositum a corpore, sicut incorporeum est vel spiritus vel substantia confecta ex spiritu.

Secundum autem alios rationabilius dici potest, quod haec divisio: substantia alia corporea, alia incorporea non sit sufficiens, et est apponendum tertium membrum, scilicet permixta substantia, sicut homo compositus. Si autem quaeratur, an sit rationale animal, dicunt: minime, cum non animal.

Dicunt alii, quod cum omnis substantia est corpus vel contra vel mixta natura, ideo est sufficiens haec divisio, cum nulla substantia alia numero ab incorporea et corporea relinquitur, quomodo ista: domus aliud paries etc., non est insufficiens, licet quasdam partes domus non amplectatur, ut dimidiam domum, quod tamen non est diversum numero ab illis. Mixtam substantiam vocamus compositum ex anima et corpore, quod non est corpus, quia iam anima esset pars corporis; corpus tamen quod est pars illius substantiae, est homo. Quod a philosophis dicitur: suppositum animali et corpori, pars illius compositi, est homo et illud compositum homo est, ergo homo est pars hominis, falsum est, quia oportet, quod in eadem significatione poneretur ‚homo' et ‚hominis'.

Et attende, quod hic homo non significat corpus, quia non facit intelligere hoc corpus, et cum hoc corpus et hic homo idem sint, differunt tamen proprietate, neque quidquid est sub-

---

1 Haec quaestio non cohaeret cum praecedente, sed respicit textum Boethii p. 206 2—17. Quare putandum est hoc loco expositionem textus Boethii p. 205 12 excidisse. Continuationem expositionis vide inferius p. 550 3.

2 *Cf. supra*, p. 48 10. *Joh. Saresber.* *Metal.* ed. *Webb.* 122 10, 123 6.

stantiale uni, et alii; aliud enim exigit aliquid ad hoc quod sit hic homo, quam ad hoc ut sit hoc corpus; potest esse hoc corpus, etsi non hic homo[1].

Nota, quod Socrates significat hanc substantiam, quia hunc hominem, nec tamen significat hanc substantiam, quae assidue variatur per influxum et effluxum, quia si significaret hanc substantiam, quae modo est Socrates et cras essentiam, quae cras erit Socrates, cum non eadem essentia hodie et cras sit Socrates, saepe mutaret significationem, quod est inconveniens. Item Socrates significat substantiam quae constat ex decem partibus, ergo significat substantiam ex decem partibus, f. 30r falsum est, si per coniunctionem | accipias.

Item nullus homo est, qui non sit albus vel niger vel medio colore coloratus; sed homo significat hominem, ergo vel album vel nigrum vel medio colore coloratum. Falsum est. Item omnis homo est sedens vel non sedens; sed homo currit; igitur sedens vel non sedens currit. Bonum est argumentum. Cum omnibus namque aliis verbis bonum est argumentum; cum istis significare petit, non est bonum.

Quaerunt quidam, an illud compositum sit homo et si sit animal rationale mortale. De hoc dicunt, quod non est homo neque rationalis neque mortalis, quia non est animal, et quod animal non sit, percipitur ex hoc quod animal non dicitur aliquid nisi pro parte, idest pro sola animatione et non pro corpore.

Item hoc compositum non est animal, quia ad hoc quod compositum esset animal, oportet quod corpus huius compositi pars esset animalis, quod esse non potest. Quocirca quia istud compositum non est animal, non est rationale mortale. Nam haec nomina: ‚rationale, mortale' data sunt pro parte, scilicet pro anima. Nam anima rationalis est et non corpus. Mortalis autem dicitur anima, non quod ipsa moriatur, sed ab effectu, quia mortem confert suo recessu. Unde cum dicimus: homo est rationalis, homo est mortalis, figurativae sunt istae propositiones, quae sic resolvuntur: homo est rationalis, idest habens animam rationalem, homo est mortalis, idest habens animam quae confert ei mori suo recessu.

Et sciendum, quod secundum eos bene dicitur: homo est compositus, hoc compositum, etsi hoc loco hoc nomen ‚homo' sit designativum totius, idest interioris hominis. Et primitus alio modo accipiebatur, cum dicebatur: hoc compositum

1 et alio *L* 3 et sit hic *L* 16 omnis] hominis *L*

[1] Abael., *Theol. christ.* L IV. PL 178, 1278 A.

non est homo. Homo enim non erat tunc nisi designativum unius partis, scilicet corporis, quod quidem ex institutione habet significare secundum eius etimologiam. Nam homo dicitur ab humo.

Sed quia de anima mentionem fecimus, de ipsa aliquid dicamus. Itaque omnes actiones animae esse dicuntur, quamvis sint quaedam nomina et verba quae significant alias actiones, cum non possint construi cum hoc nomine ‚anima', immo cum nominibus rerum, quae sunt instrumenta animae[1]. Nam aliquando dicimus: anima videt vel | odorat; sed dicimus: oculus f. 30v
videt, naris odorat, et est sensus: anima videt per oculum, odorat per narem.

Item sciendum, quod anima localis non est, cum non conveniat ei localis diffinitio[2]. Nam locale est id cuius interpositione partium circa adiacentium fit distantia. Veluti si quis ponat stilum vel aliquid tale in medio huius ligni, huius interpositione partium fit distantia. Unde colligimus, quod albedo non locale quid, quia interpositione eius nulla partium adiacentium fit distantia. Quod ita percipi potest: Nam cum in eboris medio sit albedo, non tamen facit distantiam partium eboris circa adiacentium.

Similiter dicitur, quod anima non est localis et hoc ex Augustino habemus dicente[3]: Est spiritus creator, est spiritus creatus, est corpus. Spiritus creator est qui nec loco nec tempore circumscribi potest; loco non potest, quia non est localis; tempore non, quia non habet aliquas qualitates. Corpus autem et loco et tempore circumscribi potest, quare nullam habitudinem habet cum spiritu creatore. Sed spiritus creatus habet aliquam. Nam sicut spiritus creator non circumscribitur loco, ita nec spiritus creatus. Et spiritus ⟨habet⟩ habitudinem ad corpus, quia sicut corpus movetur, ita anima movetur, cum irascitur[4].

Item sciendum, quod istae locutiones sunt figurativae: anima recedit a corpore, anima vadit apud inferos. Quod vero

---

21 hoc] + est *L*

1 cf. Abael., *Theol. christ.* L. IV. p. 1282 B.

2 Abael., *Theol.* L. III. p. 1105 BC Quod autem nec loco moveri possit qui spiritus est, tam philosophorum quam sanctorum assertione docemur, sicut de quantitate tractantes ostendimus, cum grammaticam [f. dialecticam] scriberemus. Id quippe solum quod locale est, localiter moveri potest vel localiter contineri potest nisi quod sui interpositione circumstantium rerum distantiam intervalli potest facere, veluti si alicui continuo corpori stilus vel corpusculum aliquod inseratur, statim per eius interpositionem necesse est aliquam intervalli distantiam fieri inter particulas circumstantes. Si vero albedo vel aliquid incorporeum illis inesset particulis, nulla eorum continuatio ideo deperiret . . . 3 Abael., *Sic et non* XLIII. PL 178. 1404 D. 1405.

4 Boeth., *De differ. topicis* L. II. PL 64, 1189 C: ‚movetur autem, cum irascitur'.

anima recedit a corpore, nihil aliud est, nisi quod desinit vegetare corpus, et anima vadit apud inferos, idest: patitur perpetuam poenam.

Boeth. p. 206[18] Istud capitulum sic intellige: *Omne quod est proximum* etc., idest de generibus et speciebus praedictis propter ‚homo albus'[1].

Si opponatur de illo universali, quod continet phoenicem et corvum, quia scilicet est proximum ante individuum, nihil obest, quia si intelligatur ante individuum proximum, idest magis simile unicuique illorum quam aliud, non habebit hoc illud universale, quia corvus est magis similis alicui illorum quam illud. Etenim potest concedi aliquod esse utrumque, scilicet et quod sit species et quod non sit species; quod non sit species, ideo, quod est proximum ad utrumque. Nam corvus est proximus ad hunc corvum. Quod sit species, bene potest concedi eo quod ante duo illa non est proximum universale.

Sed si opponatur, quod illud universale non est species f. 29r spe|cialissima, non est verum. Nam species potest praedicari de specie specialissima, sed non de alia a se.

Item opponitur: Si ad hoc esset redactum, quod non esset nisi una merula et unus corvus, an illud universale esset species specialissima, quod illam contineret. Probatur, quod esset species specialissima eo quod praedicaretur de substantialiter differentibus. Nulla enim species praedicatur de substantialiter differentibus. Quod quidem secundum quosdam falsum est. Nam species bene potest praedicari de substantialiter differentibus. Sed aliter accipitur differre substantialiter quam differre substantiali differentia. Substantialiter, idest essentialiter. Unde quidam dicunt: non quidquid differt substantialiter, et substantiali differentia, sed quidquid substantiali differentia, et substantialiter. Hoc argumentum differt substantialiter, ergo substantiali differentia, sic fallitur: Albedo et nigredo differunt substantialiter, ergo substantiali differentia, falsum est. Non enim habent substantiales differentias. Convenit igitur secundum eos illud universale, quamvis praedicetur de differentibus substantialiter, tamen speciem bene esse.

Boeth. p. 212[7] *Extrema vero*[2]. Hac auctoritate dicunt quidam individuum non esse in praedicamento adhaerentes Porphyrio, qui specialissimum vocat extremum et huic nomini ‚praedicamentum', quod a praedicando dicitur, cum a prima substantia nulla fit praedicatio.

39 nomini praedicamentum A_1 A_2 nomen a praedicamento *L*

[1] *Cf. supra,* p. 49[12]. [2] *Cf. supra,* p. 50[5].

Quibus cum dicitur, quod Porphyrius ⟨quoque⟩ ponat individua in praedicamento, dicunt ea induci, ut ostendat, de quibus species habeat praedicari, non quod de praedicamento esse asserat. Et secundum hoc generalissimum et specialissimum recte extrema in praedicamento dici possunt. Vel ideo vocat extrema, quia inter generalissimum et specialissimum non sunt aliqua substantialiter inter se diversa.

Diversas familias dicit ad unum referri principium, ⟨ut⟩ ad Iovem, sed non diversa genera ad unum genus, quia neque ⟨ad⟩ ens, de quo magis videretur, neque ad aliud. ‚Fortasse' dicit, quia secundum quosdam philosophos erat unum principium, secundum alios plura. Boeth. p. 216 c

Quod ens non sit genus, ostendit, quia aequivoce praedicatur. Aequivoce hic large accipitur secundum Aristotelem[1], scilicet praedicari nomine et non eadem ratione substantiae, idest non univoce. Quod non convenit huic nomini res et ens, licet in specie contineatur; non enim ex causa impositionis in specie continetur, sed ex necessitate, cum sine illis esse non possit. Ex hoc maxime apparet, quod non genus, quia non praedicatur in quid. Primum enim ⟨oportet⟩ scire rem esse, antequam de ea quae res sit, quaeritur. | f. 29v

Vel potest dici secundum quosdam, quod Porphyrius hoc participium ‚ens' pro verbo suo posuit, scilicet ‚est', et dicit ipsum verbum praedicari aequivoce, ideo scilicet, quod in praedicato positum significationem suam variat et rem substantiae copulet. Veluti cum dicitur: Socrates est talis, est ac si dicatur: Socrates est ipse Socrates; et cum dicitur: Socrates fuit talis, ⟨est ac si dicatur: Socrates fuit Socrates,⟩ et sic in aliis huiusmodi.

Secundum hos autem evenit, ut haec consequentia sit bona: Si Socrates est Plato, Socrates est Socrates. Si enim est Plato, est aliquid, et si est aliquid, et est, et si est, ⟨est⟩ ipse Socrates, secundum hanc maximam: Quidquid etc.[2]. Et ita secundum eos exponuntur aequivoce, idest in diversis significationibus.

---

1 quoque A_1 A_2, *om.* *L* 2 dicunt ea induci A_1 A_2 dici possunt substantiae dicunt e numero induci *L* 8 ut A_2 9 ad A_2 18 specie] causa *L* in causa impositionis speciei non continetur res A_2 28 sic] sicut *L*

1 Boeth., *In Cat. Arist.*, p. 167 AB.

2 De propositionibus maximis tractat Boethius, *De differ. topicis* L. I (PL 64, 1176 C), L. II. 1185 sqq. (*l. c.*, p. 1185 A sqq.). Fortasse auctor noster hic respicit propositionem maximam: ‚Quidquid enim antecedit, ut aliud consequatur, si id quod sequitur, non fuerit, nec illud est, quod antecedit.' (*l. c.*, p. 1179 C).

Vel melius, quia iste introductorius est ad opus Aristotelis, more Aristotelico [non] ponit aequivoce, idest non univoce, videlicet non cum ratione substantiae, licet in eadem significatione, ut album praedicatur aequivoce retentum in eadem significatione. Ens autem non praedicatur univoce, cum sit responsivum ad primam quaestionem. Prima quaestio est, an sit; quod vero ei responsivum est, nullum substantiale ostendit.

Boeth. p. 225[10] *Decem quidem*[1]. Superius ostendit in numero habitudinum convenire specialissima cum generalissimis. Et ne videantur similiter numero sive multitudine convenire, dicit numerum generalissimorum esse definitum, illorum vero indefinitum. Ubi dicit Porphyrius: ‚Cum numero quodam sunt species, individua vero non', infinita indicat individua respectu specierum, quarum licet non sit numerus cognitus nobis, numerabiles tamen sunt. Individua vero innumerabilia sunt tum ex eorum multitudine, cum unaquaeque species multa individua continere habeat, tum ex magna eorum inconstantia, cum individua frequentius pereant, quam [individua] species, quia individuum perit et pereunte specie et non pereunte, species vero non perit sine destructione individui. Vel frequentius pereunt, quia cum species perit, unumquodque illorum perit et species non perit aliquo illorum pereunte. Si ergo species pereunt ut rosae, non ideo sunt infinitae, cum non tantam varietatem habeant quantam individua. Tale est enim, ut dictum est, [et] individua esse infinita, ac si diceretur: manere nobis incerta et inconstantia quantum ad species.

Videtur tamen posse probari, quod individua sint certa hoc modo: aliquis est cui haec omnia sunt certa.

Vel aliter secundum hanc regulam: quotiens singulare f. 28r habens plurale | praedicatur de aliquo singulari habente plurale, ⟨plurale⟩ praedicati praedicatur de plurali subiecti. Unde si omne individuum est finitum, omnia individua finita, non sequitur, cum regula illa sit falsa. Quippe existentibus duabus animabus, tamen vera est: omnis anima est anima, et falsa est: omnes animae sunt animae, idest omnis collectio animarum est collectio animarum, cum una tantum collectio sit et non plures.

Boeth. p. 228[3] *Descendentibus igitur*[2]. Ecce hic Porphyrius causam impositionis universalium et singularium diligenter distinguit. Dicit enim ea esse inventa, ut per illa rerum diversitas et convenientia ostendatur, in quibus duobus omnis rerum doctrina consistit innuens vim continentiae et diversitatis semper in prae-

24 et *om.* A_2 31 plurale praedicati A_2 32 infinitum *L*

[1] *Cf. supra*, p. 55[4]. [2] *Cf. supra*, p. 57[13].

dicatis consistere hoc modo: In ascensu multa sub uno colligimus, idest diversorum unionem ostendimus per praedicatum, in quo vis et declaratio convenientiae et diversitatis, ut hic: Socrates et Plato sunt animalia vel homines.

Ex quo apparet nil valere, quod opponitur hoc loco, quod scilicet tam bene ostendimus per subiectum similitudinem rerum quam per praedicatum, ut cum dicitur: ‚animal est Socrates et Plato'. Non enim cum ⟨dico⟩ ‚animal est Socrates et Plato', ostendo eos esse similes, idest non dico esse animalia vel homines etc., quod est ostendere eos esse similes. Innuitur tamen eos esse similes per subiectum.

In descensu vero unitorum in aliquo differentiam ostendimus, ut si dicam: animal aliud rationale, aliud irrationale. Hic unitorum in animali diversitas et differentia ostenduntur, cuius diversitatis vis in praedicatis maxime consistit, ut dictum est.

Hic ascensus et descensus per similitudinem terrae dictus est. Terra enim est stabilitas et firmitas, a qua quanto aliquid recedit sursum altius, tanto magis est mobile, instabile. Quanto vero magis ad terram accedit, tanto magis ad stabilitatem appropinquat. Similiter autem vocabulum ‚aliquod', quanto plura continet in appellatione quam aliud, tanto magis est altius illo, idest minus stabile et minus certum in significatione quam aliud. Quanto minus continet quam aliud, tanto minus est confusum et magis stabile, idest magis certum in significatione quam aliud.

Collectivum enim[1]. Duo dixerat, duo probat: Quod in ascensu colligimus, in descensu dispergimus, quia genera et species, per praedicationem quorum inferiora iunguntur, collectiva sunt, ipsa ⟨vero⟩ inferiora ⟨eorum⟩ distributiva sunt. A causa. Et hoc est: species est collectivum multorum in unam naturam, idest speciale vocabulum res subiectas nominat secundum hoc quod conveniunt ex creatione naturae. Natura ⟨enim⟩ teste Boethio est similitudo nascentium.

Particularia vero et singularia, ⟨idest⟩ individua, *dividunt, quod ⟨unum⟩ est*, idest res illas appellant ⟨ut⟩ differentes, quas sua superiora notant ut convenientes.

Nam *plures homines* etc., idest collectivum species est multorum, quia hoc nomen ‚homo' hominem a parte ⟨significat⟩, et hoc est: Plures homines unus est, idest unusquisque plurium

28 inferiora eorum A_1 A_2 inferiorum L vero A_1 A_2 sunt distributiva A_1 sunt distributa A_2 describuntur sunt L 31 enim A_1 A_2 34 ut A^1 A_2 36 spec. collectiva A_2

[1] *Cf. supra*, p. 57^{23}.

est unus. Vel ita: plures homines sunt unus, idest iste est unus et iste unus etc.

Participatione speciei, quasi dicat: quod potest ostendi ex participatione speciei, idest quod ex hoc speciali vocabulo participant, cum speciale vocabulum illis conveniat secundum hoc quod unusquisque illorum est unus.

Particularibus autem etc.[1], hoc est unus homo est iste et iste, et ne unus personali discretione accipiatur, additur ‚communis‘ non intransitive iunctum cum ‚unus homo‘, sed determinans hanc orationem <non> esse accipiendam circa personam in hoc sensu: unus homo est iste et ideo homo est iste, sed quantum ad identitatem diffinitionis hoc modo: unus homo est iste, et unus homo est iste. Tale est enim: unus et communis plures, ac si diceretur: unus homo est iste et unus homo est iste et unus homo <est iste alius>. Ista oratio communiter attenditur, sed simpliciter, ut circa personam, non accipitur. Sic enim dicitur: anima movetur simpliciter et universaliter, idest anima movetur. Illud enim ‚universaliter‘ iunctum est ‚movetur‘. Vel simpliciter innuit sensum eius propositionis, scilicet hoc verbum ‚movetur‘ accipitur simpliciter non secundum aliquam suam speciem.

Huic autem expositioni congruit illud, quod ait Priscianus[2]: Cursum lyncis quidam a communi accipiunt, idest bis ponunt cursum dicentes: Cursum lyncis cursum apri.

Sic igitur dicimus: scilicet unus homo est plures, idest unus homo est iste et unus homo est iste alius. Sic etiam dicitur f. 31r ‚alterum opponitur alteri quadrupliciter‘, et ‚alterum | alio prius quadrupliciter‘, idest alterum alteri uno modo, alterum alteri secundo modo et tertio et quarto modo.

Particularibus etc. Dico unum hominem esse plures, ut expositum est, et haec particularitas, idest discretio, demonstratur per particularia nomina vel particularibus, idest ad diversitatem ostendendam inventa particularia nomina, ut diximus.

Amplius *Descendentibus* etc. Ille <it> per multitudinem, qui plura distinguit; qui vero descendit plura distinguit, sed qui ascendit, quae distincta erant per dividentia, ostendit convenire in divisivo. Siquidem per praedicationem speciei ostenduntur plura contineri sub eodem speciali statu. Qui specialis status habet esse ex operatione naturae. Sed plurium ostenditur convenientia praedicatione generis, quia non solum differentium numero, sed specie.

10 non A_2 23/24 lineis *L* 35 desc.] dividit *L*

[1] *Cf. supra*, p. 58[1]. [2] Prisc., II, 162^{14-16}; *cf.* Verg. *Aen.* I. 323–24.

Participatione speciei etc., idest praedicatione speciei homines distincti praedicatione individuorum ostenduntur convenire in una natura, idest in eodem speciali statu vel generali, quia licet praedicatione huius nominis ‚domus' et huius ‚album' ostenduntur convenientia, non tamen ostenduntur aliqua convenire in una natura. *Particularibus*, idest praedicatione individuorum unus et communis plures, idest illa quae ostenduntur convenire praedicatione speciei, sunt plures, idest distinguuntur.

Collectivum, scilicet quia ‚plures' est collectivum, quo ostenduntur plura distributa colligi et congregari, scilicet praedicatione eius non ostenditur convenientia rerum, ideo subiungit: *et adunativum*.

Assignatio etc.[1]. Hoc loco de praedicatione nos instruit, **Boeth.** quod ad argumentationes maxime valet, ut scilicet ad eas **p. 230^{8}** exponendas suam praedicationem terminorum sciamus disnoscere. Quod ideo determinat, quia in diffinitionibus eorum dixerat genus et speciem de pluribus praedicari.

Hic[2] praedicari ut de contento tantum accipitur vel de aequali, quod solummodo superioribus et aequalibus convenit. Quod aperte insinuat, ubi dicit: *oportet autem* etc.[3], idest superiora de inferioribus praedicantur, inferiora vero de superioribus minime.

Individua quoque[4]. Superius ⟨dixerat⟩ genera et species **Boeth.** de pluribus praedicari posse, individua vero non. Quod ostendit **p. 234^{14}** convenienter esse dictum, cum proprietates individui uni conveniant, proprietates vero specierum pluribus. Proprietates vocat nomina sive | sumpta sive substantialia, per quae simul **f. 31v** iuncta universale nomen vel singulare determinatur. Vocabula ideo proprietates vocamus, quia diffinitionem sive descriptionem faciunt. Quae dicuntur proprietates pro eo quod conversim praedicantur. Unde B o e t h i u s in T o p i c i s[5]: Quibusdam accidentibus unam proprietatem efficientibus.

Vel in hoc loco vocabula proprietates dicimus, quia si ad naturam rerum aspiciamus, nulla erit proprietas Socratis quae non sit hominis vel quae sit hominis, quae non sit alicuius hominis.

1 Partic.] Praedicatione *L* 3 unam naturam *L* statum *L* 6 unam naturam *L* 23 dixerat A_2 dixit A_1 *om.* *L* 24 possunt *L* 25 cum in proprietatem *L* 31/32 accid.] + et A_2

[1] *Cf. supra* p. 58^{17}. [2] *Cf. supra* p. 58^{20} sqq. [3] B o e t h., *l. c.* 230^{14}.
[4] *Cf. supra* p. 63^{4}.
[5] B o e t h., *De diff. top.* PL 64, 1187 C: ‚descriptio subiecti intelligentiam claudit, quibusdam vel accidentibus efficientibus unam proprietatem vel substantialibus differentiis . . .'

C o n t i n u a t i o. Superius dixi individua tantum de uno solo praedicari. Et merito, quod ex eo patet, quia proprietates individuorum, idest nomina sumpta a proprietatibus efficientibus unam descriptionem, quae afferuntur ad significationem individuorum proprie et integre demonstrandam, numquam omnes simul per praedicationem alii aptari possint, quia scilicet nullus alius invenitur, qui sit calvus, simus, senex, Sophronici filius etc. Hoc loco haec coniunctio ergo magis approbativa [est] quam illativa est intelligenda, sicut in P r i s c i a n o[1] frequenter invenitur.

Unumquodque eorum consistit, idest habet in suo esse sive in substantia sua, idest in diffinitione sua tot proprietates etc. Esse rei sive substantiam vocamus hoc loco diffinitionem. Unde B o e t h i u s in T o p i c i s[2]. Locus a diffinitione dicitur a substantia. Iuxta quod ait B o e t h i u s in C o m m e n t o[3]: Quid enim est aliud esse rei quam diffinitio? Quasi dicat: nil aliud.

Nota quod ait *individua huiusmodi,* ut per ‚huiusmodi' intelligeret tantum individua substantiae. Quippe ceterorum praedicamentorum individua non ita formantur proprietatibus, ne infinite proprietates extendantur.

Hae autem proprietates quae sunt hominis. Et ne hominem in designatione rei acciperes, addidit: *Dico autem eius qui est communis*, idest universalis nominis. *Eaedem in pluribus* sunt simul, haec scilicet nomina ‚animal, rationale, mortale' et quia possent in pluribus, non tamen in omnibus, subdit: *magis*, idest melius possem dicere *in omnibus*.

Boeth. p. 236[7] *Continent ergo*[4]. Quia confuse de supradictis egimus, breviter recolligamus. A causa dicit hoc loco speciem esse partem et totum, sed *pars quidem alterius* est, *totum autem non alterius, sed aliis*, quasi dicat: Pars respectu unius totius, totum vero non f. 32v respectu unius, sed plurium. Non enim totum una parte | contentum est, sicut pars uno toto.

A t t e n d e quod ‚semper' ex adiunctis mutat significationem. Cum dico: ‚mundus est semper', ‚semper' ibi significat: in omni tempore. Cum dico: ‚Socrates est semper homo', ⟨verum est⟩ quamdiu Socrates est homo. Si vero dicam: Socrates qui non semper est, semper est risibilis, hoc est falsum, quia ex isto

2 solum *L* tantum A_1 A_2 quod A_1 A_2 quia *L* quia A_1 A_2 quod *L* 4 afferuntur A_1 affert *L* 5 et] + inter *L* 6 aptari] aperiri *L* 8 approbata *L* comprobativa A_1 A_2 illiterata *L* 19/20 ne inf. *L* ut in infinitum A_2 ut in fin. A_1 23/24 sunt simul . . . in pluribus *in L per homoioteleuton omissa sunt, habentur in* A_1 A_2 27 Continetur igitur B o e t h. A_1 continet igitur A_2 29 sed A_2 scil. *L*

[1] *Supra* p. 63[27]. [2] *L. c.* p. 1187 B. [3] B o e t h., *In Porph.* p. 273[13]
[4] *Supra* p. 65[21].

adiuncto reduceretur ad priorem significationem, ut sic diceretur: qui non semper est, idest in omni tempore est, semper, idest in omni tempore, est risibilis, quod falsum est.

Nota, quod ‚omnis phoenix est' est falsa. Ergo vera est ‚non omnis phoenix est'. Si non omnis phoenix est, non omne animal est. Et si non omne animal est, non omne animal est animal. Et ita quoddam animal non est animal. Quod videtur posse confirmari per illam regulam: quidquid a parte et toto particulariter. Sed haec regula non est in hac auctoritate. Quae si esset, non tamen confirmaret praedictam argumentationem, quia non dicitur aliquid removeri ab aliquo, si particulariter removeatur.

Haec de specie sufficiant.

---

1 adiuncto *bis in L*

De differentia.

Boeth. p. 239^{18} *Differentia vero*[1]. Cur post speciem tractet de differentia, superfluum est quaerere, cum de differentia ante speciem tractaret, nisi essent praedictae causae. Ante proprium et accidens convenienter tractat de differentia, cum eis naturaliter prior sit, quia etiam speciem quam complet, naturaliter praecedit.

Cum autem de substantialibus intendat differentiis, tamen hic non tantum de substantialibus, sed ad discretionem substantialium naturas accidentalium diligenter aperit.

Cum autem sit rei diversitas differentia, dicendum est, quae sint diversa et quot modis dicatur diversum, et gratia horum dicendum est, quot modis dicatur idem[2].

Multis modis idem dicitur. Nam idem dicitur in essentia, quorum unumquodque est eadem essentia, ita scilicet, ut haec essentia non sit illa, sicut hic homo et Socrates. Quae identitas idem videtur esse cum identitate praedicationis quibusdam[3], quod falsum est, cum multa sint eadem essentialiter et non praedicatione, sicut nomen et verbum et cetera huiusmodi. Et haec omnia quidem quae eadem sunt essentialiter, eadem sunt numero, sed non convertitur, quia omnis pars cum suo toto est eadem numero, idest non diversa numero ab eo, sed non essentialiter eadem sunt, cum nulla partis essentia
f. 32v sit essentia totius|. Nulla enim dicimus diversa numero, nisi quae tota quantitate suae essentiae discreta sunt, ut nec unum sit aliud nec aliquid de uno sit aliquid de alio.

Sic igitur diversa numero dicimus, quorum diversitas numerando valet assignari. Quod nullo modo parti et toti convenit, cum nullo modo numerus valeat multiplicari. Nemo enim

6 quia] qua *L* complet A_1 A_2 copulet *L* 21 omnia] nomina *L* 24 sed] et *L*

[1] *Supra* p. 65 [32].

[2] Quae sequuntur, usque ad verbum fere conveniunt cum iis quae auctor dicit in *Tractatu de unitate et trinitate divina* (ed. Stölzle, p. 51) et *Theol. christ.* PL 178, 1247 D sqq., sed valde differunt a tractatu simili *Theologiae* (Introductio in Theol. 1065 sqq.). Idem tractatus invenitur in A_2 f. 79^r.

[3] *Cf. Tract. de unitate, l. c.*

de toto dicit ,unum' et addendo partem illius dicit ,duo', cum in numero totius pars comprehensa sit. Sunt itaque non diversa numero, idest eadem, quaecumque non quantitate suae essentiae tota discreta sunt.

Eadem diffinitione dicuntur, quaecumque penitus eadem diffinitione terminantur, scilicet quod mutuo se exigant, sicut ensis et mucro, quia ex eo quod est ensis, mucro et econverso. Eadem igitur diffinitione sunt, quaecumque adeo sunt coniuncta, ut non solum hoc sit illud et econverso, verum etiam quod hoc exigat illud, quod animal et corpus non habet. Diffinitio enim hoc loco accipitur, quae integram sententiam diffiniti aperit, ita scilicet, quod mutuo non excedit nec exceditur. Omnia igitur eadem diffinitione eadem sunt numero et essentialiter, sed non convertitur.

Hoc autem modo accipit idem Boethius in Topicis[1], cum ait quaestionem de diffinitione esse de eodem, veluti cum quaeritur, utrum idem sit utile quod honestum.

Econtrario[2] vero diversa diffinitione dicimus, scilicet quae eadem diffinitione terminari non possunt, idest quae talia sunt, ut se mutuo non exigant. Et hoc <est> quod Boethius in Topicis[3] aperte insinuat, cum ait: Idem est propositio, quaestio et conclusio, scilicet differunt modo supradicto, idest diffinitionibus, cum singula propriis diffinitionibus terminentur Idem in Libro divisionum[4] ostendit, cum ait: Infinitum aliud secundum mensuram, aliud secundum tempus, cum idem sit infinitum hoc modo et hoc modo. Illud etiam ad hanc diversitatem pertinere videtur, quod ait Porphyrius[5]: ,Differentia alia divisiva, alia constitutiva', cum eadem penitus sit constitutiva et divisiva.

Ex similitudine eadem quaelibet dicuntur, quae discreta essentialiter in aliquo sunt similia, ut species in genere vel individua in specie vel quaelibet in aliqua proprietate convenientia, iuxta illud Porphyrii[6]: Participatione speciei plures homines sumus unus homo etc.

Econtrario diversa similitudine dicuntur, quaecumque in aliquo sunt dissimilia.

---

6 exiguant *L* 11 diffinitionem *L* 12 diffiniri *L* diffiniti *Theol. chr. p. 1249 B* et sententiam nominis in nullo excedit nec ab eo exceditur *Theol. chr. l. c.*

1 Boeth., *De diff. top.* L. I. PL 64 p. 1178 C.
2 *Theol. christ.* p. 1251 D. 3 *L. c. p.* 1174 C.
4 Boeth., *Lib. de div.* p. 888 D. 5 Boeth., *In Porph.* 258 9.
6 Boeth., *l. c.* 228 9.

Idem etiam pro incommutabili dicimus, ut deus semper idem dicitur, idest non in aliquo alteratus.

f. 33r Et econtra|rio diversum mutatione[1] dicimus, quod in aliquo diversificatum est ab aliquo, quod primitus erat, ut si Socrates modo taceat, modo loquatur.

Idem etiam secundum effectum vel secundum pretium dicimus, quod idem valent ad efficiendum aliquid, sicut eosdem sermones dicimus, qui ad efficiendum eundem intellectum valent. Econtrario diversa secundum effectum dicimus, quae vel diversa agunt vel ad agenda diversa valent.

Sic idem et diversum his multis modis dicitur et fortasse pluribus. Loca namque diversa solemus dicere non secundum aliquem praedictorum modorum, sed magis secundum rerum continentiam, veluti cum dicimus nullum corpus esse in diversis locis eodem tempore.

Sciendum est, quod hoc nomen differentia tam rerum nomen est quam vocum. Hoc nomen aliquando large acceptum sumitur pro re, quae facit differre, sive sit substantia sive forma; quandoque stricte, pro omni scilicet forma sive sit substantialis sive accidentalis.

Vocabulorum vero nomen acceptum idem sonat vocabulum, quod adiacet substantivo ostendens differentiam unitorum in substantivo. Et in hac significatione dividi potest per communes et proprias et magis proprias. Quippe communis differentia est vocabulum significans separabile accidens, propria significans inseparabile, magis propria differentia est vocabulum quod adiacet generi in diffinitione speciei ostendens differentiam unitorum in genere. Et in hac significatione hoc nomen differentia accipitur determinate, cum ait[2]: differentia est qua abundat species a genere.

Vel potest dici, quod cum de vocabulis intendat in principio, tamen gratia vocabulorum de rebus agit, tandem transfert se ad nomina, ubi ait: Differentia est qua abundat species a genere etc. Secundum hoc erit praedicta divisio vocis in modos. Tale est enim, ac si dicat: differentia, idest forma quae facit differre, alia communis, idest communiter facit differre, idest ita quod separabiliter accidit, alia propria, ita scilicet quod inseparabiliter etc.

Hanc expositionem videtur maxime velle positio adverbiorum, quae proprie modi sunt.

1 <I>tem *L* idem *Theol. chr. p. 1250 A.* 18 quae] A_2 quam *L* 37 separabiliter accidit A_1 A_2 separabili accidenti *L* 38 inseparabiliter A_1 A_2 inseparabili *L* 39 positio A_1 A_2 por ubi dicit *L*

[1] *Theol. christ.* p. 1252 D. [2] Boeth. *In Porph.* 262 4–5.

Quas determinantes dicunt etc.[1]. Investigatis tam substantia- Boeth. p. 262[3] lium quam accidentalium proprietatibus differentiarum tandem substantialium diffinitionem ponit, de quibus intendit dicens: *Differentia qua abundat species a genere*, idest in significatione cuius species abundat a genere, idest quam continet in sententia sua species, ita quod genus non continet eam | in sua. Per f. 33v hoc nomen ,differentia' ex parte praedicati positum excluditur ,quale', cum nulla species ab alia differat per ,quale' et animal in hoc a corpore et cetera huiusmodi. Et diffinitiones etiam removentur, quia nulla diffinitio est differentiale vocabulum.

De r e b u s vero ita: Differentia est, qua abundat species a genere, idest qua abundat species constitutiva sui ita, quod genus non abundet constitutiva sui. Et hoc probat secundum utramque sententiam. De n o m i n i b u s hoc modo: Vere speciale vocabulum abundat a generali differentiis, quia homo ab animali his nominibus: rationale, mortale. Vel ideo quia r e s illorum nominum tenet in sententia ita, quod non animal. Vel ideo, quia esse illius nominis in diffinitione ita ponitur, scilicet quod in diffinitione generis non ponitur.

Animal enim. Bene dixi: hoc nomen homo a differentiis ab hoc nomine animal abundat, quia hoc nomen animal in sententia sua non continet eas differentias. Probat per naturam rerum, quia animal [autem] nihil horum est, idest hic status animal neutrum exigit. De rebus vero ita probari potest: specialis status abundat a generali in differentiis, idest habet illas constitutivas sui, quae genus non habet, quia homo animali, et quia animal non habet eas sui constitutivas, consequenter ostendit, quia animal nihil horum est, idest hic status animal neutrum exigit.

Suprapositae[2] vero diffinitioni vel huic propositioni, quia dixit: ,animal nihil horum est', g r a v i s s i m a q u a e s t i o occurrit, quomodo scilicet verum sit. Quae quidem exordium habet ex propositionibus per se notis, quarum una est, quod contraria simul in eodem esse non possunt, alia vero, quod nihil fit ex nihilo.

Hae vero propositiones movent quaestionem. Si enim dicamus, quod species abundat ⟨in⟩ differentiis a genere, oportet genus differentias non habere. Et ita differentiae non sunt in genere. Quodsi ⟨ibi⟩ non sunt, cum constet eas alibi non esse.

1 Quas determ.] quoddam term. *L* 4 qua ab.] que has *L* 5 quam A_1 que *L* 12 idest] in *L* abundat] habet *L* constitutivam *L* 13 abundet] habet *L* 31 sit] + quod dicitur A_1 A_2 35 Si enim A_1 A_2 i. e. enim *L* 38 ibi A_2 in specie A_1 *om.* *L*

[1] *Supra* p. 74[16]. [2] *Supra* p. 76[8]. A_2 f. 80[r].

nullo modo sunt. ‚Cum igitur species ex his quae non sunt, conficitur, aliquid ex nihilo constitui convincitur, quod non potest esse. Unde <et> illud falsum est, ex quo illud sequitur. Sed si hoc falsum est, videmur aliud inconveniens incurrere, scilicet quod sint duo contraria in eodem. Si enim <species> non abundat a genere in differentiis, oportet ipsum genus differentias habere, sicuti et species, ut scilicet sicut homo exigit rationale nec potest esse sine rationalitate, ita nec animal. Sic igitur si animal non potest esse sine rationalitate, oportet contraria esse in eodem.

Possunt eadem inconvenientia duci ex hoc, scilicet: animal ipsum nihil horum est. Si enim ita intelligatur ‚animal ipsum‘ etc., idest ex natura sua repugnat utrisque, aliquid ex nihilo constitui monstratur, quod est inconveniens. Unde etiam illud <falsum f. 34r esse> convincitur, ex quo illud | sequitur. Sed hoc falsum est. Oportet namque animal ipsum esse aliquid horum et ita duo sunt contraria in eodem.

Solutio primae argumentationis: Cum dicimus speciem a genere in differentiis abundare, per haec nomina genus et species possumus [a genere] agere de nominibus, ut supra dictum. Si de *nominibus* agatur, sic determinanda est argumentatio: si speciale vocabulum abundat a generali in differentiis, idest si species tenet in sententia sua differentias et genus non, tunc differentiae non sunt in genere. Si dicit: non sunt in genere, idest in re generis, mentitur, quia verum est antecedens et falsum est consequens. Sed si dicit: non sunt in genere, idest non denotantur per generale vocabulum, sequitur.

Ecce quomodo argumentatio adnihiletur, si de *vocabulis* agatur; si vero de *rebus*, sic adnihilatur: Si specialis status a generali abundat in differentiis, idest si specialis status habet eas constitutivas sui, ita quod generalis non habeat, tunc differentiae non sunt in genere, <non sequitur>. Si dicit: non sunt in genere, idest in aliqua re generis, falsum est. Sed si dicit: non sunt in genere, idest res generis non habet eas ut sui constutitivas, tunc est verum. Et si hoc est, tunc ‚non sunt in genere‘ non sequitur, quia verum est antecedens et falsum est consequens.

Solutio secundae argumentationis: Haec propositio: animal ipsum nihil horum est, *extinctive* et *separative* intelligi potest. *Extinctive* sic: non animal ipsum aliquid horum est, idest non ex natura animal aliquid horum

3 et A_1 A_2 13 et illud ex quo hoc monstratur falsum est A_1 A_2 23 tunc] tamen L 31 non sequitur A_2 si] sic L 38 extincte et separate L

[est] exigit, quod verum est, nec sequitur ex ea ⟨quod⟩ aliquid fit ex nihilo. Separative ita: animal ipsum nihil horum est, idest animal ex natura animalis utrique repugnat, quod falsum est. Et in hoc sensu bene sequitur inconveniens, ut supra ostensum est.

Et nota quod nec verum est: animal ipsum aliquid horum est, cum neutrum ex natura animal exigat nec ,animal ipsum etc.', si separative intelligatur, et tunc sunt contrariae. Si vero extinctive intelligatur, vera erit, sicut inter has duas contrarias falsas: omnis homo est albus, et: nullus homo est albus, quaedam media est, quae vera est, scilicet: non omnis homo est albus, quae est dividens primae: omnis homo est albus.

Cum igitur non recipiatur haec affirmatio: animal ipsum aliquid horum est, nec ista negativa: animal ipsum nihil horum est, [hic est] nisi extinctiva, quae vera est, nullo modo potest ostendi ex nihilo aliquid confici vel duo contraria ⟨esse⟩ in eodem.

Nam unde[1]. Dixi, quod genus non ex natura generis exigit eas, sed tantum species illas ex genere contrahit, ita scilicet eas habet, quod | genus causa est earum et vere eas ⟨species⟩ habet f. 34v
ex genere; nam aliunde non. Ab immediatis. Et hoc est: *Nam unde* etc., quasi dicat: a nullo. *Neque enim.* Supple extra: sed iterum a genere non possunt habere, quia genus non habet illas.

Sed quemadmodum. Ostenso inconvenienti solutionem ponit, per quam utrumque vitemus inconveniens, scilicet quod animal ipsum potestate continet eas differentias, quae sub se sunt, idest divisibiles, actu vero nulla, cum nullam in sententia sua contineat, quod est hoc loco continere eas actu. De rebus vero ita: generalis ⟨status⟩ continet differentias potestate, idest nulli illarum ex statu generali repugnat, idest utrique consentit, actu vero nullam, quasi dicat: generalis status nullam exigit. *Ac sic* [diceret], idest per istam solutionem utrumque vitamus inconveniens. Nam per hoc quod concedimus genus continere differentias potestate, ut expositum est, vitamus, quod aliquid constet ex nihilo. Et per hoc quod concedimus: genus non habet differentias actu, effugimus contraria esse in eodem.

---

6 aliquid A_2 nihil *L* 7 nec animal ipsum nihil horum si A_2 14 aliquid A_2 nihil *L* 15 hic est *per dittographiam irrepsisse videtur, om.* A_2 21 nam alius nomina *L* quia aliunde non potest habere A_1 *(supra p.* 77^{12}*)* A_2 22 supple A_1 *(supra* 77^{16}*)* A_2 suppe *L* 29 generalis status] generales *L* 32 Ac sic *Boeth.* ac si diceret *L*

[1] Boeth. l. c. 262^{7}. *Supra p.* 77^{6}.

Boeth. p. 265[13] *Diffiniunt*[1]. Haec diffinitio data est secundum opinionem cum non solum substantialibus differentiis conveniat.

Boeth. p. 267[3] *Rebus enim.* Quia superius dixit: ,duo', illis duobus probationem subiungit, quia genus bene praedicatur in quid et differentia in quale, quia animal hoc nomen praedicatur in quid et rationale in quale, quia hoc quod significatur hoc nomine animal est quasi materia, et quod significatur hoc nomine ,rationale' quasi forma. A causa.

Ut autem ostendat, quomodo genus quasi materia significet et differentia quasi forma, transfert se ad constitutionem rerum generaliter demonstrandam tam operibus artificis quam naturae dicens: quaedam constare ex propria materia et forma, quaedam ad similitudinem materiae et formae.

Proprie[2] materia est quae materiatum tempore praecedit, sicut aes statuam aeream et in materiato ideo in sua natura remanet. Proprie forma est, quae ex aliqua dispositione partium innascitur, sicuti forma, quae in statua consideratur, ex pravis scilicet oculis, ex curvo naso et ex aliis quae pertinent ad compositionem. Corpus autem proprie est materia hominis, quia tempore praecedit hominem et subiectum formas hominis praecedit, quod habet proprie materia. Sed animal quasi materia hominis est, non proprie materia, quia animal tempore non praecedit hominem nec etiam generatur in homine. Omnis enim materia in materiato generatur. Rationalitas quoque non proprie forma dicitur, quia ex partium dispositione non innascitur. Unde homo f. 35r proprie ex materia et forma | constare non dicitur ex animalitate et rationalitate, sicut ex corpore et compositione, vel sicut statua ex aere, sed similitudinem tenet homo cum statua, quae constat ex proprie materia et forma. Nam sicut aes suscepta forma transit in statuam, sic animal susceptione rationalitatis et mortalitatis et ceterarum differentiarum transit in hominem naturaliter praecedens hominem. Rationale enim hominem <non tempore, sed naturaliter praecedit, sicut aes statuam praecedit tempore. Et est proportio trium ad tria. Sicut enim aes ut materia propria praeiacet, figura vero superadditur, ut adiunctione ipsius ipsum aes statua fiat, ita animal praeiacet naturaliter et differentia ei advenit, ut per adventum eius in hominem transeat. Est autem proportio habitudinum similitudo, quando sicut quaedam res inter se ad invicem se tenent, eodem modo aliae res se habent

3 4 probationem *scripsi* propositionem *L* Duo quae dixerat probat A_2 15 sicut e statua aerea et immateriato *L* 34 enim A_1 A_2 in *L* 35 ipsius] ipsis *L* 38 sicut *L* scil. A_1 A_2

[1] *Supra* p. 78. [2] *Supra* p. 79[5] sqq. Abael., *Theol. christ.* p. 1290 D.

inter se. Sicut enim aes et figura vel inter se vel ad statuam, ita animal et rationale vel inter se vel ad hominem.

Nota, quod substantia nec materia nec quasi materia nec forma nec quasi materia dicta est, quia simul natura sunt, cum neutrum sine altero esse possit. Hoc tamen nomen substantia prius est secundum conversionem consequentiae isto nomine, quod est deus, secundum philosophos. Color quasi materia albedinis, non quia color formas albedinis suscipiat vel quia aliquid possit esse color, quod deserat esse albedo, sed quia color sine albedine esse potest, albedo sine colore nunquam.

Continuatio. Universale *hoc* nomen *animal*[1] praedicatur in quid et rationale in quale [et] quia illud significat quasi materiam rei huius nominis ,homo', et istud quasi formam.

Quaeritur autem, cur quasi formam et quasi materiam dicat. Praemittit res quasdam constare ex proprie materia et proprie forma, et hoc <est>: *rebus quibusdam constantibus* etc. Quaedam res constant ex proprie materia et forma, quibusdam ad similitudinem earum proportio est. Verum est quod quemadmodum statua ex aere constat ut ex proprie materia, ex figura vero ut ex proprie forma, sic homo communis et specialis constat ex genere, idest ex re generis, ut ex materia et differentia substantiali ut ex forma.

Totum etc. Superius dixi hominem constare ex re generis materialiter et ex differentia formaliter, et hoc totum animal rationale mortale, idest res huius diffinitionis. Quae scilicet diffinitio totum est ad genus et ad | differentias, ex quibus constituta, est homo. *quemadmodum illic statua.* In constitutione statuae res huius orationis ,aes figuratum' est statua. f. 35v

Vel ita quod hoc totum, idest homo, quod est totum ad haec tria: ad hunc statum animal et ad rationale et ad mortale, est animal rationale mortale, quemadmodum statua ibi est aes cum forma; et tale est illa tria esse partes hominis, quale est: conficere hominem, naturaliter praecedendo ipsum.

Tria autem dixi diffinitione, non numero. Sed quia secundum hanc expositionem idem sui totum et pars esse videtur, primam approbamus, quippe iudicantes totum voces ad alias voces, non res ad alias res. Cum enim aes, quod in statua ponitur, idem est quod statua, quomodo pars ipsius videtur esse.

---

1 ad A_1 A_2 inter *L* 3 quasi materia] quasi forma *L* 3/4 nec forma] nec quasi forma *L* 10 non quam *L* 12 et rationale] et illud *L* quasi materiam] quia qui in materia *L* 13 forma *L* 17 quibusdam] quaedam *L* 27 illic *Boeth.* A_2 illa *L* 35 sui A_2 sicut *L*

1 Boeth. *l. c. p.* 267^8–9^. *Supra p.* 79^31^.

cum idem respectu eiusdem totum et pars esse non possit? At vero haec diffinitio ‚animal rationale mortale' totum est eorum tam compositione quam intellectu, cum ex illis coniungatur, idest singulorum significationem contineat. Est igitur homo pars illorum singulorum quantum ad nominationem, totum vero quantum ad intellectum.

D i c u n t igitur n o n n u l l i[1], qui ut hominem illum possint vocare totum ad animal et ad differentias, hominem dicunt animal et differentias, non animal formatum illis. Et similiter statuam vocant aes et formam, non aes formatum, quod falsum est. Si enim sit animal simul et rationale mortale, et non aliquid illorum per se, quomodo animal esse conceditur vel rationale dicitur? Quod enim aliqua plura simul est, nullum illorum esse potest. Praeterea si homo sit rationalis, oportet illa tria simul rationalitate formata esse. Amplius P o r p h y r i u s[2] dicit: ‚secundum quas ea quae divisa sunt specificantur'. Sed ea quae divisa sunt, tantum sunt genera et non differentiae, ubi plane auctoritatem habemus genera specificari, non genera et differentias.

A m p l i u s cum conceditur animal rationale risibile esse animal, et verum sit animal rationale esse animal risibile, verum erit illa duo esse. P r a e t e r e a si forma statuae transeat in essentiam statuae, ut scilicet ipsa sit pars eius in essentia, quomodo dicit B o e t h i u s in D i v i s i o n i b u s[3] aliter constare statuam ex partibus, aliter ex aere et figura.

Ex his igitur patet animal rationale mortale non esse materiam et formam, sed potius animal informatum illis.

S u n t tamen q u i d a m qui secundum hoc quod animal
f. 36r rem ipsam in homine dicimus, opponunt hoc | modo: Si animal est mortale, aut homo aut non homo; vel si animal, aut rationale aut irrationale, cum omne animal sit hoc vel illud. Sed neutrum est materia illius, quia neque animal rationale, cum idem status se ipsum non praecedat; neque irrationale, cum omnis materia de suo materiato praedicetur. Sic et de corpore procedunt. Si enim corpus subiectum albedini, aut corpus album aut corpus non album. Sed neutrum est, cum nec corpus album album praecedat nec in corpore non albo reperiatur.

A d q u o d d i c o, quod animal est materia animalis rationalis, non tamen hoc vel illud. Si quis igitur dicat non esse

3 compositione A_2 appos. *L* 7 ut A_1 A_2 non *L* 8 ad animal et ad differentias A_1 A_2 et a dixit *L* 22 verum A_1 A_2 dum *L*

[1] *Supra* p. 80^{22}. [2] B o e t h., *l. c.* p. 253^{18}.
[3] B o e t h., *Liber div.* 888 B.

verum quod Aristoteles dicit, scilicet quaecumque fundantur in secundis substantiis, et in primis, fallitur. Non enim cum dico: animal est materia animalis rationalis, aliquid animali attribuo, sed potius animali rationale confero. Tale est ac si dicatur enim: animal rationale sic est animal, quod ex eo quod est animal rationale, animal exigit, ex eo vero quod animal est, non exigit animal rationale, quod verum est.

Hac igitur determinatione de supradictis et similibus eorum oppositiones frivolas esse apparet.

Aliter de nominibus legitur[1]. *Rebus enim.* Universale hoc nomen animal praedicatur in quid de hoc nomine homo et hoc nomen rationale in quale, quia hoc nomen homo constat ex istis, ex hoc nomine ‚animal‘ ut ex materia et ex alio ut ex forma. A causa.

Sed ne aliquis putaret hanc quaestionem constitutionem solam esse, quae ex nominibus est, innuit aliam similitudinem huius quae dicitur. Quod ostendit, ubi dicit, quod quemadmodum statua etc., sic et homo.

Et ne aliquis putaret, quod de re loqueretur, addit: communis et specialis. Hoc autem nomen <‚homo‘> commune et speciale consistit ex genere quasi ex materia et differentia quasi ex forma, hoc est illius et substantialis differentiae illius. Quod esse et substantia cuiuslibet rei, ut dicit Boethius, ut supra ostendi, ex generali <nomine> et differentiali constituitur, ex generali ut ex materia, ex differentiali ut ex forma, cum genus in diffinitione naturaliter ut materia proprie praeiaceat et post genus differentia ut proprie forma subsequi habeat. Compositor namque nominum rerum naturas secutus est. Sicut enim generalem statum ut priorem in natura consistere, sic generale nomen in diffinitione voluit praemittere et differentialia ei addere|. [f. 36v] Et exemplum simile est huic expositioni, quam superius[2] in tractatu speciei fecimus, ubi ait: individuum est quod consistit etc.

Et nota quia secundum hanc expositionem animal res ipsa proprie materia hominis dicitur et rationalitas proprie forma, cum essentiam humanam constituere habeant. Sed hoc nomen animal quasi materia huius nominis ‚homo‘ recte dicitur et hoc nomen ‚rationale‘ quasi forma, cum essentiam ipsius nominis non constituant, sed diffinitione eius dicitur <contineri> et hoc nomen animal ex illis consistere secundum intellectum, cum in

---

19 homo A_2 *om.* *L* 21 hoc est illius *etc., textus corruptus est nec etiam per* A_2 *sanari potest*

[1] Sequentia usque ad ‚ex illis constituitur‘ p. 568^{8} non inveniuntur in A_1; in A_2 vero alio loco, scil. postea f. 80^{v}, 81^{r}. [2] *Cf. supra* p. 52^{11}.

intellectu suo eorum intellectus contineat, intellectum huius nominis animal ut materiam et intellectum huius ⟨nominis⟩ rationale ut formam. Similiter et proportionaliter dicit, quia homo hoc nomen non ita constat ex illis nominibus, ut illi soni in constitutione eius sint, sicut ipsa essentia aeris cum forma est in constitutione statuae, sed dicitur ex eis consistere sive secundum intellectum, ut dictum est, sive quia diffinitio eius ex illis constituitur.

Totum autem hoc animal rationale mortale. Ostensa constitutione huius nominis, quam habet quantum ad intellectum sive quantum ad diffinitionem eius, ostendit, quid nominare habeat. Hoc, ut supra expositum est, legatur. De intellectu etiam legi potest; ostendit enim quaedam veraciter constare ex materia et forma, quaedam imaginarie. Nam sicut in rebus quaedam est actualis constitutio et est vera, ita in animo quaedam intellectualis et imaginaria. Veluti cum audio ‚homo'[1], cuiusdam rei formam concipio intelligibilem quasi ex intelligibilibus quibusdam aliis coniunctam, quam fortasse compositionem Plato communem sive specialem vocavit, quae quidem intelligibilis constitutio ad similitudinem verae constitutionis componi et confingi ab animo dicitur. Et secundum hanc sententiam sic legitur: *rebus enim* etc. Dixi quod hoc nomen ‚animal' ⟨praedicatur⟩ in quid de hoc nomine ‚homo' et ‚rationale' in quale. Et merito quia res quaedam intelligibiles, quas genus et differentiae significant, rem quandam intelligibilem ab hoc nomine ‚homo' significatam constituunt ut materia et forma, idest ad earum similitudinem. Et ne aliquis si praeter illam constitutionem alia esset, quaereret, praemittit quaedam constare veraciter ex materia et forma, quaedam fingi ad similitudinem illarum. Quod ostendit, cum dicit, quod quemadmodum statua etc., sic homo communis
f. 37r et specialis, idest illa conceptio com|munis, quae ad plura pertinet, quae plura secundum eam sane possunt deliberari, consistit ex genere et differentia, idest ex re intelligibili concepta per genus et differentiam. *Totum autem.* Postquam ostendit constitutionem huius nominis ‚homo' quantum ad intellectum, ostendit quid nominare habeat dicens quod animal rationale mortale homo nominatur, quemadmodum aes formatum [ex] statua.

Boeth. p. 269⁶ *Describunt.* Haec descriptio data est secundum opinionem, quod in sequentibus culpabitur.

1 intellectum] intellectus *L* 16 cuius *L* cuiusdam A_2 18 Plato A_2 p. *L* 22 praedicatur A_2 *om.* *L* 24 quas genus et diff. sign. A_2 quae a genere et diffinitione significant *L* 26 materiam et formam *L* eorum *L* 29 illorum *L* 36 nomina *L* 37 statua A_1 A_2 ex statua *L*

[1] *Supra* p. 81[27]; A_2 f. 80v.

Assignant autem. Alia descriptio differentiae, qua differunt a se singula, substantialiter intelligenda est. Boeth. p. 270[5]

Interius autem[1]. Dixi differentiam esse qua differunt etc. Sed haec descriptio non solum differentiis convenit. Et hoc est: sed qui perscrutantur inferius vel interius, idest diligentius naturam differentiae inquirunt, dicunt non esse differentiam quamlibet de dividentibus etc., sed illud tantum, quod speciem ad esse conducit, idest illud cuius res specialem statum complet. Unde bene dixit non ‚ducit', sed ‚conducit', quia sola non sufficit ad constitutionem speciei, sed ipsam materiam quae in genere denotatur, praeiacere oportet.

Aliter de vocibus. Sed illud tantum differentia est quod conducit, idest cum genere ducit, speciem ad esse, idest ad significationem et intellectum speciei. Quippe esse speciei est esse intellectus et significatio illius.

Et quod est, idest illud est differentia, quod est pars eius, quod <est> esse rei, idest, quod est ‹pars› substantialis diffinitionis. Quae scilicet diffinitio est esse sive substantia ipsius speciei. Unde Boethius in Topicis[2] diffinitionem vocat substantiam rei et locum a diffinitione vocat locum a substantia. Dicit enim idem in Commento[3]: Quid enim est aliud esse rei quam diffinitio, quasi dicat: nihil aliud. Ex quibus verbis aperte differentiam substantialem, quam dicit esse partem diffinitionis, vocem esse insinuat. Si quis illas supradictas differentiae proprietates diffinitiones voluerit facere, oportet, ut hoc nomen ‚differentia', sicut in superiori diffinitione dictum est, ex parte praedicati ponatur, ita: Differentia est illa differentia quae conducit ad esse et est pars esse etc.

Si quis vero dicat esse diffinitionem generis, nihil obest, cum hic substantialem differentiam non intendat diffinire, sed eam ab accidentalibus dividere.

Quibusdam[4] differentiarum proprietatibus investigatis ceteras diligenter prosequamur, ut omnium tam substantialium quam accidentalium proprietates integre distinguantur. Primum igitur differentiarum aliae substantiales, aliae accidentales sunt. Substantiales quidem quae generi advenientes constituunt speciem|, ut rationale adveniens animali rationale facit et corporeum adveniens substantiae corpus facit et omnes aliae adve- f. 37v

1 differentiae A_2 accidentis *L* 4 solum A_1 A_2 satis *L* 9 Unde bene dixit . . . conducit A_1 Unde bene non ducit sed conducit A_2 Unde bo dicit *L* 14 esse *om.* A_2 17 est esse A_2 est *om.* *L* 27 diff. (2°)] di continuatio *L*

[1] *Supra* p. 82[11]. [2] cf. Boeth., *De diff. top.* p. 1186 B; 1186 D; 1187 A. [3] *Cf. supra* p. 82[24]. [4] Quae sequuntur, non inveniuntur in A_1 A_2

nientes substantiae corpus faciunt et omnes aliae advenientes generi species faciunt. Sunt itaque huiusmodi substantiales, quaecumque generi advenientes aliquam eius speciem constituunt. Unde specificae recte vocantur, quia omnia substantialia naturaliter communia esse dicimus. Unde cum rationalitatem substantialem esse concedimus, neque hanc neque illam substantialem esse concedimus, sed accidentalem. Tale est, ac si diceret rationalitatem esse substantialem, ac si diceretur: ratio sic est alicui speciei, quod ab ea non potest recedere, quin ipsa species corrumpatur. Sic dicatur igitur rationalitas substantialis esse homini, idest sic inesse homini, quod nullo modo permanere possit sine rationalitate. Sed nec istam nec illam substantialem esse homini dicamus, sed potius accidentalem, et hoc corrumpere hominem non potest quod commune ipsum constituit. Non enim necesse est, ut si superiora sint substantialia, et inferiora, sed econverso verum est. Unde Boethius in libro Divisionum[1] potentiam discendi geometriam substantialem esse homini negat, quae propter speciem constituendam generi advenit, cum Porphyrius potentiam discendi esse substantialem homini dicit. Igitur non est necesse, ut cum aliquid superius sit substantiale, et inferius illius sit substantiale, ita non est necesse, ut cum inferius accidens sit, et superius. Quod Boethius in Topicis[2] falsum esse aperit, cum probat colorem accidens esse eo quod album et nigrum accidentia sint. Hoc eadem ratione de rationalitate probari potest, cum omnia, ut dicimus, sint accidentia.

Ad quod dicimus multa in Boethio, ut ipse dicit, gratia exercendi lectoris induci aut secundum aliorum opinionem.

Praeterea non est necesse, ut sicut per speciem genus esse in substantia convincitur, ita per individua species. Nihil etiam fortassis impedit, si rationalitatem <substantialem> et non substantialem esse dicimus et rursus accidens esse et non esse homini, secundum hoc quod propositiones diversis modis exponi possint. Si enim ita dicamus: rationalitas est substantialis homini, idest sic inest homini quod natura humana absque rationalitate non potest esse, verum est. Si vero ita rationalitas est substantialis homini, idest rationalitas aliquando constituit hominem, ut sine illa esse non potest, falsum est, cum absque omni quae
f. 38r inest ei, possit esse homo, ut supra | diximus.

Duobus itaque modis relativum pronomen accipi potest, cum dicitur: rationalitas ita inest homini, quod homo sine ea esse

10 Sic] si *L*   13 hoc] hic *L*

[1] Boeth., *Lib. de div.* p. 881 B.   [2] Boeth., *De diff. top.* p. 1197 C.

non potest, ut scilicet fiat resolutio pronominis simpliciter ad praemissum nomen secundum intellectum, ut scilicet penitus eundem intellectum habeat cum nomine praemisso, ut dicatur: sine ea, <scilicet> rationalitate. Vel ut relatio fiat ad praedictum nomen secundum identitatem numeri, ita scilicet ut oporteat unam eandemque rationalitatem esse, sine qua homo esse non possit. Et sic omnes formas accidens possumus dicere, si vim relativi pronominis ad identitatem numeri accomodamus.

Sunt vero nonnulli omnem rationalitatem substantialem esse astruentes et omnem formam, quaecumque in specialem statum aliquid promovet, ut haec rationalitas vel haec potentia numerandi sive discendi geometriam aliquid in hominem promovet.

Huic autem sententiae adversarium videtur, quod Boethius dicit in Divisionibus[1]: ‚Non enim idcirco homo est, quia hoc facere potest, sed quia est rationalis', et adversum hoc quod dicimus vegetationem huius animae esse substantialem, illud Divisionum[2]: ‚Individua diffiniri substantialiter non possunt, quia differentiis substantialibus carent'. Si enim vegetatio huius animae sive haec rationalitas Socrati substantialis esset et vegetatio huius animae sive haec rationalitas Platoni, oportet, ut Socrates et Plato substantialiter differant, cum diversis substantialibus differentiis participarent.

Notandum aliud esse vegetationem, aliud esse vivificationem. Vegetatio enim, ut Boethius[3] dicit, ad crescere et non crescere pertinet; vivificatio vero <ad> id quod est animatio. Unde quaecumque vivificantur, et vegetantur, sed non convertitur. Nam aliquando rationem substantialem dicimus, etsi non tamen rationalitatem.

Cui sententiae opponitur hoc modo: omnis substantialis qualitas est qualitas; sed omnis est haec vel illa; omnis igitur substantialis qualitas est haec vel illa, et ita haec vel illa est substantialis qualitas.

Ad quod dicimus, quod haec propositio, scilicet ‚omnis substantialis qualitas est qualitas', omnes manerias colligit, sicut cum dicitur: Omnis species est cum divisibili differentia, quia de omni maneria tam subalternarum quam specialissimarum invenitur species cum divisibili differentia. Si enim unaquaeque

---

3 praemisso *scripsi,* pp *L* 17 vivificationem A_2 vegetationem *L*
28 Nam] + s *super lineam scriptum L*

[1] Boeth., *De divis.* PL 64, 881 C.
[2] Boeth., *De div.* p. 881 C. — Cf. A_2 f. 81r.
[3] Boeth., *In Porph.* p. 16^2 sq.

species esset cum divisibili differentia et unaquaque ex differentiis substantialibus constaret, iam ultima species inveniri non posset, sicuti alibi ostensum est.

Item opponitur: Rationalitas et haec substantialis qualitas paria sunt; sed haec rationalitas est rationalitas; ergo est substantialis qualitas et ita est substantialis.

Item rationalitas est haec rationalitas; igitur vel rationalitas non substantialis vel substantialis. Sed si rationalitas substantialis est haec, haec est substantialis.

Item rationalitas substantialis est haec rationalitas, et ita est illud quod nullo modo est substantiale, quia est rationalitas.

Ad quod dicimus, quod si per hoc ‚substantiale' tantum velimus significare, quantum per rationalitas, concedimus: haec rationalitas est substantialis, idest rationalitas naturae tantum est substantiale. Item concedimus, quod rationalitas, quae non est substantialis, est haec, cum illae duae voces, scilicet ‚rationalitas' et ‚non substantiale' ad eandem personam iungantur. Tale est enim ‚rationalitas quae est non substantialis, est haec', quod verum est, cum illud pronomen ad identitatem personae referatur.

Item concedimus, quod rationalitas est, quod nullo modo est substantiale et id quod aliquo modo est substantiale, sicut cum dicimus: paries est, sine quo domus esse non potest, si nomen praemissum ad identitatem diffinitionis referatur, et paries est id sine quo domus esse non potest, si illud pronomen ad identitatem numeri referatur. Sic igitur dicemus rationalitatem nec tamen hanc vel illam, cum ita dicemus: forma alia substantialis, alia accidentalis, ibi alia et alia non ad diversitatem numeri ponitur, sed magis ad diversitatem diffinitionum sive proprietatum, cum nulla possit reperiri quae sit substantialis. Hoc autem modo aliud et idem sumitur, cum dicitur res alia universalis, alia singularis, vel cum dicitur infinitum aliud secundum tempus, aliud secundum numerum etc., vel cum dicitur differentia alia divisiva, alia constitutiva.

Notandum est quod bene potest concedi: rationalitas est accidens animali, nec tamen simpliciter est accidens, vel haec rationalitas est substantialis Socrati, non tamen substantialis, quia Porphyrius et Aristoteles nec substantiale nec accidentale dicunt esse, nisi quod substantiale alicui speciei est. Quod aperte insinuat Aristoteles in Categoriis[1], ubi probat rationale non esse in subiecto, quia nec in homine nec in aliqua specie

24 si] sic *L*

[1] Verbaliter in categ. Arist. non invenitur.

specialissima, sicut potest concedi etiam, quod album et nigrum sunt immediata circa corpus non medio colore coloratum, non tamen simpliciter immediata, cum semper mediatum et immediatum, ut Aristoteles[1] testatur, gratia proprii susceptibilis dicantur.

Et ad praesens dicta de substantialibus sufficiant.

Accidentales vero dicimus, quaecumque advenientes non efficiunt speciem. Omnes namque formas, cuiuscumque praedicamenti sint, praeter substantiales inter accidentia numeramus eo, quod sint adventitiae naturae et extra substantiam speciei, quam communes constitu|unt, quarum proprietates in accidentis f. 39 r
tractatu diligenter inquiremus.

Haec ad documenta omnium differentiarum in rebus breviter perstrinximus.

Nunc de vocabulis dicendum est. Sunt igitur substantiales differentiae illa sumpta vocabula quae adiacent generi in diffinitione speciei ostendentia differentiam unitorum in genere; accidentales vero differentiae sunt illa vocabula sumpta quae in substantia non praedicantur.

Et haec de differentia sufficiant.

---

11 qua commune *L*

[1] *Cf. supra* p. 266[35] sqq.

De proprio.

Boeth. p. 275[4] *Proprium vero*[1]. Ante accidens tractat de proprio, quia dignius est ceteris accidentibus et familiarius adhaeret speciei, cum scilicet nullum proprium actu separari contingit, ut dicit Boethius in Divisionibus[2], et sicut ceterorum supradictorum sic diversas proprii ostendit significationes.

De nominibus maxime intendit et gratia nominum de rebus. Continuatio. Genus dicitur duobus modis secundum philosophos, sed proprium quadrifarie.

Medicum esse ⟨vel⟩ ***geometrem***, **idest haec nomina medicus** et geometer de sola specie praedicantur.

Bipedem esse**, idest hoc nomen ‚bipes'.** ***Ut homini canescere in senectute.***

Omni homini non videtur convenire actus ille in senectute, cum non omnes veniant ad senectutem nec omnes etiam, qui ad senectutem perveniunt, actum illum habent, quod falsum est. Ibi namque convenire pro ‚convenire naturaliter' accipitur, ut sit sensus: Tale onus homini convenit et soli convenit, in senectute canescere, idest unusquisque homo talis naturae est, quod, nisi praepediatur aliquo eventu, ad senectutem perveniens et actum illum habebit. Quem actum canescendi proprium hoc loco dicimus, non potentiam canescendi, quae semper inest.

Vel hoc nomen ‚homo canescens' proprium dicimus, scilicet quia hoc nomen indeterminato tempore unicuique homini convenit.

Hoc etiam non solum homini convenire videtur. Nam et lupi canescere dicuntur. Sed nihil ⟨obest⟩, quia capillosus tantum proprie dicitur canescere.

Iterum proprium dicitur, quod omni et soli convenit et semper, ut risibile. Speciem specialissimam ubique intellige, quia aliarum propria non tractat.

Super hunc locum dicit Boethius in Commento[3]: Risibile praedicari in quid de homine. Sed profecto nihil aliud assignare voluit nisi mutuam conversionem, et tale est haec in quid praedicari de illa, quod sic inter se convenire habent, quod mutuo converti possint.

25 non solum *A* solum non *L* 26 obest A_2 *om.* *L*

[1] *Supra* p. 88[2]. [2] Boeth., *Lib. de div.* p. 881 B. [3] *Supra* p. 88[12].

Quaeritur hoc loco, utrum potentia discendi geometriam proprie proprium sit hominum, cum omni et soli et semper conveniat homini. Quod falsum videtur esse, cum iam Boethius sibimet videtur contrarius [et], cum in Communitatibus[1] dicat: speciem ante substistere quam proprium, proprium vero posterius fieri in specie. Oportet enim | hominem esse, ut sit f. 59v risibilis. Hoc namque proprium quod ad vim rationis non attinet, sine homine esse minime potest, cum habitudo ridendi ex humana natura innascitur. Homo vero sine risibilitate esse potest, cum non minus humana natura permaneret, si vultus hominis ad risum flexibilis non esset. Sed non ita inter hominem et potentiam discendi geometriam, cum homo sit posterior naturaliter et illa prior.

Ad quod dicimus illud non esse generaliter dictum, cum Porphyrius quandoque speciem proprio naturaliter esse dicat priorem. Vel potest dici, quod non est proprium proprie, cum secundum Platonicos soli homini non conveniat, quia et planetis. Sunt etiam fortassis plures aliae formae, quae minime substantiales sunt nec proprie propria, sine quibus tamen illud non valet esse, ut in homine habitus cordis et potentia non sedendi et huiusmodi, cum substantiale semper, quia et quando sedet et quando non sedet. Sed his quidem verbis aperte insinuat risibile convenire non ex potentia ridendi simpliciter, sed ex habitudine quam habet iam res promota in hominem, quod generi non convenit.

15 cum *scripsi* cli *L* 18 pluraeque *L* 21 huiusm. Nam s. universale *L*

[1] Boeth., *In Porph.* p. 339[14].

De accidente.

Boeth. p. 280[14] *Accidens*[1]. Cum in tractatibus aliorum divisiones proposuerit, in hoc tractatu diffinitionem praemittit. Quod ideo facit, quia hoc nomen ‚accidens' aequivoce sumit. Ut scilicet aequivocatio ⟨impedimento⟩ diffinitioni non esset, dicit: accidens est quod adest et abest praeter subiecti corruptionem, idest forma illa, quae ita inest, ut cum prius insit, postmodum abesse possit praeter subiecti corruptionem. Subiectum cuiuslibet formae dicimus, quod eam ad esse suum non requirit. Omne namque subiectum formae prius est naturaliter.

Quod vero ait: ‚praeter subiecti corruptionem', tale est ac: praeter egressum a substantia. Est enim corrumpere: substantiam quam constituebat, recessu suo destruere[2]. Aliquando mors et corruptio, ex qua corrumpi dicitur recedens, corrumperet, quam tamen accidentalem potius quam substantialem constat esse.

Tale est ergo ‚praeter subiecti corruptionem', ac si diceret: ita quod non sit corruptio per ipsam formam in eo quod prius ipsa adsit et postmodum absit. Nisi enim hunc ordinem servemus, ut scilicet prius adsit et postmodum absit, non valet diffinitio, quia fortassis potest quaelibet forma prius abesse et post adesse absque omni corruptione non solum accidentalium, f. 40r sed etiam substantialium|.

Sic intellige igitur ‚quod adest et abest', ac si diceret: quod prius adesse et postmodum abesse a suo subiecto potest, ita ut subiectum ipsum nullum per eorum recessum corruptionem patiatur, idest nullum generalem statum vel specialem amittat, quem adventu suo contulisset.

---

5 impedimento diffinitioni A_2 diffinitionis *L* 9 quod eam *bis in L*

[1] *Supra* p. 92.

[2] cf. Abael., *Theol. christ.* L. III. PL 178, 1235 BC: Accidens est forma corruptibilis rei, sine qua illa res et esse et non esse potest praeter corruptionem, idest egressum a substantia . . . Tale quippe est quod ait praeter corruptionem subiecti, ac si apertius dicat, quod earum corruptionum, quas pati potest subiectum, nullam per adventum vel recessum huiusmodi formae incurrit. De quo alibi plenius nobis disserendum fuit.

Abesse autem a subiecto negative accipitur, nullam scilicet propositionem subiecti faciens, ut unitas est forma quae possibilis est adesse subiecto et abesse, idest non esse cum illo, absque egressu a substantia quam unitam faciat. Propositio autem subiecti fieri non potest, ut scilicet subiecti remaneat intacta substantia post recessum illius, quia tunc unitatem non contineret secundum hoc quod sine unitate nulla res esse potest.

S e d d i c i s m i h i, quod sicut rationalitas corrumpit animal rationale, sic quaelibet forma suum proprium statum, ut albedo corpus album.

A d q u o d r e s p o n d e o, quod haec destructio nequaquam est corruptio, ut superius exposuimus.

Accidentium vero teste P o r p h y r i o alia sunt s e p a r a b i l i a, alia i n s e p a r a b i l i a. S e p a r a b i l i a sunt quae leviter separari possunt, ut sessio et cetera huiusmodi. I n s e p a r a b i l i a vero econtrario, ut albedo cygno, quia leviter separari non potest, ita quod tota essentia, quae prius erat, remaneat et ipsa sit cygnus. Separabiliter huic corpori accidit, cum corpus effluat et particulare albedinis cum particulari corporis discedat.

Videatur itaque idem accidens separabile et inseparabile, cum haec nigredo huic corvo inseparabiliter accidat, huic vero corpori separabiliter. Quod tamen non est inconveniens, cum ex diversis subiectis eveniat haec vel aliter. Separabilia quae sic alicui insunt, ut antequam illud corrumpatur, abscedant, ut sessio et dormitio. Inseparabilia vero econtrario.

Data diffinitione accidentalium formarum ad ultimum ponit differentiam accidentalium nominum dicens: accidens, idest accidentale vocabulum, est, quod neque genus neque species neque differentia neque proprium, semper tamen in subiecto subsistens. Quod positum est ad differentiam horum nominum ‚ens‘ et ‚res‘ et similium, quae in subiecto non subsistunt, idest non habent res significare ut in subiecto subsistentes.

---

18 ipsi a sit signus *L* 19 cum particularis corporis discedant *L*

De communitatibus.[1]

Boeth. p. 285[15] Quinque propositis singillatim pertractatis tandem ad communitates et ad differentias eorum, in quibus duobus, scilicet convenientia rerum et differentia assignanda, ultima rerum doctrina consistit, transit. *Sed*[2] *principaliter quidem.* Dicit accidentia de individuis principaliter praedicari, de speciebus secundario. Maiorem namque notitiam accidentium f. 40v faciunt indi|vidua quam individua universalia ex discretione nostra, quia cum audio ‚Socrates', simum ⟨vel⟩ crispum intelligo, sed non ita cum audio ‚homo'. Vel ideo, quia plura sunt individua accidentium significata quam universalia.

Tunc assignat convenientiam inter genus et differentiam in hoc, quod[3] quemadmodum quaecumque praedicantur de genere ut genus et de sibi suppositis ut genus, sic et quaecumque praedicantur ut differentia de differentia et de sibi suppositis eodem modo.

Quae convenientiae assignatio frivola videtur esse, cum ibi diversa praedicantur. Sed profecto quamvis diversa praedicantur, tamen quaedam similitudo monstratur, ut in eo quod unumquodque eorum proprium modum praedicationis habet ad sua inferiora, licet modo illi sint diversi. Talis enim similitudo multotiens assignatur, veluti dicamus: Socrates et Plato conveniunt in hoc quod unumquodque diligit suum filium, licet illorum filii sunt diversa.

Item genus unum est secundum unumquamque speciem, differentiae vero plures, idest nulla species diversas habet materias, secundum quas diversorum generum praedicationi subiaceat, sicut diversas formas, pro quibus differentiis diversis praedicationi subiaceat.

Vel ita in nominibus: In diffinitione uniuscuiusque speciei sic unum genus praedicatur, quod numquam plura, scilicet quandoque plures differentiae praedicantur.

---

2 propositis] propositioni istas et *L* 9 simum quendam vel crispum A_1 (*supra p.* 97[10]) simul crispum *L* 21 enim A_1 (*supra p.* 98[6]) est *L* 26, 31 ple *L*

[1] *Supra* p. 96. [2] *Supra* p. 97[7]. [3] *Supra* p. 97[26].

Differentia componitur cum alia differentia ad speciem Boeth. constituendam, cum species numquam componat aliam speciem, p. 327[16] ut gignat aliam speciem, ac si diceret: universale differentiae sic convenit ad speciem constituendam, quod unaquaeque differentia est illius. Sed non ita duae species ad constituendam tertiam speciem conveniunt, ut unaquaeque species sit illius. Quod per mulum ostendit, de quo magis videtur, qui ex equo et asino conficitur, dicens: Equa cum asino, numquam simpliciter conveniens perficeret mulum, quasi dicat: isti duo speciales status. Ad mulum conficiendum enim species non conveniunt, quia tunc oporteret, utrumque esse mulum et utrumque de mulo posse praedicari, quod est inconveniens.

I t e m. *Nam si curtetur*[1] etc. curtatus bipes dicitur. Non Boeth. enim bipes ex actu dicitur, sed ex potentia. Aptus est igitur ad p. 330[1] habendum duos pedes vel ex essentia sua factos vel essentiae suae aliunde appositos. Curtato igitur aliquo, idem homo, idem animal, sed non idem totum remanet, quod quibusdam minime videtur. Oporteret enim constitutum sufficienter ex quinque atomis sufficienter ex quattuor constitui, quod falsum est, quia secundum hoc contingit idem esse totum et partem, quod negat B o e t h i u s in D i v i s i o n i b u s[2], ubi dicit: Et aeris virgula etc. Non igitur dicemus idem totum, sed eundem hominem remanere, si per idem fiat animae discretio. Dicimus enim hominem esse partem hominis et Socratem Socratis, ut id quod est a genibus supra, homo et Socrates dicitur nec ille qui eum curtabit, dicat se hominem facere, quod solius dei est opus, non hominis. Et cum | Socrates sit pars Socratis, non tamen in Socrate sunt plures f. 41 r homines, cum in eo pluribus animabus vegetata non reperiantur. Nec Socrates de pluribus praedicatur, cum non sint diversa numero.

I t e m cum Socrates sit pars Socratis, verum est, quod Socrates alius hic, alius ille, ut corpus aliud simplex, aliud compositum, cum tamen simplex sit de composito. Cur itaque non est verum: omnis vel quidam Socrates est homo? [Quidam Socrates est homo,] quia docet hoc loco quendam de multis naturaliter sub hac voce contentum esse hominem. Sed ad hoc dicitur: Si falsa est: omnis Socrates est homo, falsum est: nullus Socrates est homo, et ita pars illius falsa est: nullus non homo est Socrates et ita vera est: quoddam non homo est Socrates, dividens illius quod falsum est.

---

1 componitur *Boeth.* apponitur *L*

